AUXILIANTE S.S. ET INDIVIDUA
TRINITATE,
HANC
DE SUBJECTIONE ET LIBERTATE

CIVITATUM IMPERIALIUM

DISSERTATIONEM POLITICO-Iuridicam,


Decreto & Authoritate

NOBILIS. ET AMPLISSIMI JCC. ORDINIS IN FLORENtissimâ Argentoratensium Academia

PRO SUMMIS IN UTROQUE IURE PRIVILEGIIS & dignitatibus consequendis

Solemni censuræ submittet ad diem Iunij.

JOHAN. MICHAEL Heinz
Weissenburgo-Alsatus,





ARGENTORATI,

EXCUDEBAT PAULUS LEDERTZ,

Anno M. DC. XXVI.

AD VIRUM

NOBILEM ET AMPLISSIMUM

N. MELCHIOREM Kochen/

ICtum Eximium,

ILLUSTRISS. PRINCIPUM PALATINORUM [illegible]KENFELDENSIUM AC MARCHIONIS BAdensis: Reipublicæ item Sebusianæ, aliorumq; Imperii statuum Consiliarium gravissimum:

Reverendum itidem ac doctissimum

DN. M. NICOLAUM EISENIUM, ECCLESIASTEN ARGENTORATENSEM FIDELISSIMUM.

Affines, fautores & promotores suos, omnibus observantiæ modis æternùm venerandos.

Quantum grata patri debent sua pignora dulci,
Tantum & plus vobis debeo jure viris.
Vos estis pectus nostri, vos brachia, capitis;
Vos estis studii maxima spésq; mei.
Ille quidem Themidos promptè communicat artes:
Hic verò officii cælica dona sui.
Tàm benè, ut, alma patrem vellent si Numina visum,
Fallerer inq; patris cognitione mei.
At quid ego meritis tribuam? hanc pro munere chartam
Dona quidem vestris inferiora bonis.
Scilicet hæc magni sint argumenta caloris,
Quo vobis gratas tento probare manus.

JOHAN. MICHAEL Heinz.

A

PROOEMIUM.

NON immeritò miraberis, *benevole lector*, quod ego in tra discendi annos constitutus, rem tanti momenti titulique pro argumento disputationis inauguralis aggrediar. Nam si, monente Ant. Perezio in aphorism. discursus de republ. sunt cibus stomachorum magnorum, quibus nimirû benè conveniat ex omnium disciplinarum deliciis ac medullis condita placenta: discursus de Civitatibus Imperialibus, illorum erunt, quibus illa convenit ex omnium historiarum, archivorum actorúmq; imperii publicorum cognitione, experientiâ & arcanis parata; vel ego de his tacere deberem. Sed enim, cum res hæc sit civitatum prima moderatrix; est ad ejus prudentiam variis modis, & potissimùm nitendum iis, qui sub eâdem degunt. Itaque benignè concedes; ut, quò per rerum gerendarum usum, aut Justinianeum vel Canonicum jus ire necdum licuit (ex his enim, ubi ad manus pervenitur, hîc alia sæpè discimus, alia & sæpè diversa usu comperimus) eò per scriptorum Politicorum tradita aspirare liceat. Hunc in finem disputatio hæc à me digesta est, nimirùm ut in eâ tanquam materiâ per universum Jus publicum diffusâ, ingenium meum juxta privatum Juris studium aliquantum exercerem; non verò ad hoc, ut Judicium in tanti momenti negotiis mihi aliquod sumerem, certive quid concludere arrogarem. Ea propter, in istis quæ præjudicium aliquod generare possunt, referentis magis quàm approbantis partes sustinui, ne quid in cujusquam injuriam protulisse videar. Nimirum, nec ingeniolo meo par esset, novitates venditare, aut ipsis fidem impudenter exposcere. Ossa & nervos hujus argumenti delineavi, ut quasi sceleton exhiberem; spiritum, sanguinem & carnes aliundè ex authoribus, quorum præcipuos hinc indè in articulis allegasse me puto, petendæ, & ita explendum sceleton osseum & nervosum, ut habeatur corpus succiplenum.

DE ORIGINE CIVITATUM IMPERIALIUM.

Thes. 1. Civitates (*a*) imperiales consideratæ materialiter vel quâ civitates, (*b*) in amplexu quasi utero juris naturalis sunt conceptæ; (*c*) à Jure verò gentium formatæ primævo; (*d*) & enutritæ à secundario. (*e*)

(*a*) In omni legitimâ traditione fores pandit explicatio vocis, & nominatim liberatio ejus ab ambiguitate. Civitatem à *coëundo* nominari putat Cicero *in somnio Scipionis*, quòd in illa cives vinculo quodam societatis coeant in unum. Bodin. *1. de Rep. cap. 6. n. 49.* Beda autem *in c.19.Gen.* eam dictam existimat, quòd plurimorum consciscat & in unum contineat vitas, aut quod unitas sit civium. *V. Arnis. rel. pol. 1. c. 5. sect. 2. Clariß. Cluten. præceptorem meum observ. in syllog. rerum quotid. thes. 27. lit. a.* Germanis dicitur Statt/ cujus vocis derivationem videre licet, *ap. Dn. Besold. fasc. 1. disp. de Civitat. German. c. 1. thes. 11.* Refertur autem I. vocabulum *Civitatis* ad *incolas*, & definitur à B. August. cœtus multitudinis juris consensu & utilitatis communione sociatus. *2. de C. D. c. 21.* quâ ratione Roma Urbs est, & eam civitas incolit, *Cic. in orat. pro Murana.* ad hujus constitutionem non requiritur, muris ut sit cincta. *Dn. Lansim. in disc. de Lege Reg.* talémq; hodiè esse in pagis Helveticis, Uri/Schweitz/Underwalden/Appenzell/Glaris/tradit *Dn. Besold. 1. pol 12. n. 81.* Quæ Germanis est eine gantze Gemeinde. *Ord. Camer. p. 1. tit 38. §.* Zum sechsten. II. Ad ipsum senatum, consules regentes & administratores, qui plerunque civitatem repræsentant, *Ord. Cam. d. tit. 38. §* Zum vierdten wann process. *Wehn. in obs. pract. verb.* Stätte. III. ad ædificia & muros, & describitur communitas plurium vicorum fossâ & muro munita. *D. Besold. d. cap 12 num 54. argument. l. 21. quib. mod. usufr. omitt.* Et hæc propriè Urbs est, *argum l. 239. §. 6. de V. S.* IV. refertur ad jus civilitatis, quomodo dicimus, aliquem civitate donare, einem das Burgerrecht schencken/ *Infr. thes. 56.* V. ad cœtum civium urbem muro clausam inhabitantium, *Clar. præc. Clut. d. th. 27. lit. a.* VI. ad jus constituendæ civitatis, Stattrecht. Eo enim non interveniente, nec civitas; nec jura civitatis habere putatur. *Thom. Michael de jurisd. Imp. conclus. 12. lit. c.*

le. c. Wehner. d. l. in verbo Statrecht. (b) id est, quatenus sunt [illegible] [illegible]udinis, ut suprà traditum ex Augustino, & separantur [illegible] [illegible], quæ ijsdem accedunt ab imperio, seu quæ habent ex eo quod imper[illegible]. (c) Spatiosissimum hoc, quod in[illegible] mundi theatrum condidit DEUS ad gloriam suam, *Ps. 8. v. 2.* ut esset α & ω, principium & finis omnium rerum; à quo ut omnia profluxerunt, ita ad eundem revertuntur. Gloriam autem posuit in admiratione, indéq; nomen suum admirabile fecit in universâ terrâ. *d. Ps. 8. v. 2.* potentiâ, quâ omnia creavit; sapientiâ quâ omnia distinxit; & bonitate, quâ omnia ornavit & conservavit. *Rom. 5.* In distinctione hac unicuiq; creaturæ officium dixit, ex quo & secundum quod agere debeat ad salutẽ universi; appellatúrq; natura, & lex naturalis habito respectu ad verbũ DEI, quo quælibet ordinata sunt. Hujus nunc beneficio, omnia quæ in hoc mundo continentur, conspirant; ita ut ea sit spiritus universi, omnibus hujus mundi corporibus implantatus, quo omnia juncta perpetuo motu in commune nitantur, & regio imperio supera imperent, obtemperent infera, *Casus 1. polit. c. 5.* ad cœli motum quasi supernæ lyræ sonum, cuncta lætissimè proprias sibi ducant choreas. *Arist. 1. pol. c. 3.* Ea quidem quæ mente & ratione prædita sunt, cognitione: Ea autem quæ sensum habent, judicio sensus; quæ verò sensu vacant, motu vitalis appetitionis; quæ vitæ expertia sunt & tantummodò statum habent, vi quâdam, quæ ad solam essentiæ communionem sunt apta. Cum itaque propter hominem omnia opera sub cœlo creata suam legem per hominẽ ut administratorem ad DEI gloriam deferre debeant, *arg. Oseæ 2. v. 21. & 22.* factum est, ut in eo officia illa concurrant, (unde etiam microcosmus, copula mundi inferioris & superioris, & horizon utriúsq; naturæ dicitur) isq; per rationem, quam præcipuam habet, cæteris dominetur, *Psal. 8. v. 6.* Quàm varia verò lex hæc sit naturalis in homine tanquam subjecto, dicere hic ab instituto est alienum. Finem enim politiæ inspicimus & secundum eum leges & qualitates hominis hic tractamus. Ad hunc autem finem tendit seu ducit choream homo vel lege naturali tali, quam natura docuit animalia cuncta. *l. 1. §. 3. ff. de I. & I.* in sensu minimum communi, tanquam subjecto ejus legis adæquato: quâ ratione nec homini tribuitur propter rationem, sed propter sensum communem;

[illegible]nt, procreare sibi simile, id alere, *d.* §. *3.* se tueri. *l.1.§.11. ff. si qua[illegible]. pauper.* In hunc usum dente lupus, & cornu taurus petit, ha[illegible] & mûica splené, & formicæ sua bilis inest. Et ex hac lege societatem hominum manare, sive in & per eam conceptam esse dicere [illegible] eò quòd & bruta convivunt; ut gallinæ, columbæ, olores, [illegible], capræ, &c. Ejusq; intuitu Aristoteles, *1. pol. c. 2.* hominem appellat, *ζῶον πολιτικὸν. Ioh. Griphiand. in velit. de societ. Civ. thes. 33.* [illegible]*d* nempè naturali lege tali; quæ rationi tanquam subjecto impressa est, seu quam homo ex eo habet, quod rationis particeps est, *arg. l. 1. §. 4. ff. de I. & I. & §. 1. Inst. de I. N. G. & C.* Et brevissimè describitur ab Ap. Paulo *Rom. 2. v. 14.* quòd sit opus legis scriptum in cordibus nostris, ut sunt omnia præcepta decalogi & communes illæ notitiæ *in l. 10. ff. de I. & I.* quæ æquæ & bonæ semper sunt omnium hominum judicio. Idipsum porrò distinguitur in primævum & secundarium. Primævum est, quod cum ipso genere humano natura prodidit, *§. 11. Inst. de rer. div. & l. 32. ff. de R. I.* indè etiam naturale appellatur, *in d. §. 11.* Hoc jure omnes liberi sunt, *d. l. 32.* omnia cōmunia sunt. *Genes. c. 9. in pr. Psal. 8. v. 7.* quæcunq; animalia capientis fiunt; & homines inter se societatem colunt per juris consensum & utilitatis communionem, fiúntq; cives mundani. In quâ republica non ad hunc, vel illum angulum respicimus, sed terminos civitatis cum sole metimur. Ita quidem, ut qui ex communi sensu erat cœtus animalium, fiat ex ratione cœtus civium mundanorum. Quomodo natura quandam inter nos constituit cognationem *juxta Florent. in l. 3. ff. de I. & I.* (*e*) Secundarium quod & excogitatum dicitur, est quod humana ratio adinvenit exigente usu & humanâ necessitate, *§. 2. Inst. de I. N. G. & C.* ut igitur primævum homo novit sine discursu rationis, quemadmodum apis mellificationem, ita hoc per ratiocinationem educit. *D Vult. in pr. n. 4. Inst. d. t.* statim enim atque in Adamo & Eva prima apparuit necessitas; nimirum nuditas: per rationis discursum continuò noverunt sartoriam, *Gen. 3. v. 7.* Sic fames adinvenit agriculturam, *Genes. 9. v. 20.* & pastoritiam, *Gen. 4. v. 20.* Hujus occasione factum est, ut desertæ terræ habitarentur, & genus humanum per terrarum orbem sese diffunderet: ut ad solitudinem & peregrinationem cauponatio, ad malitiam hominum multitudo legum, domus, urbes & quæ in ijsdem

foventur

[illegible] reſpublicæ, diſtinctio provinciarum, *c. 2. 12. q. 1.* judiciorum rigor, *l. 14. C. de Iudæis. l. 176. ff. de R. I.* delictorum vindicatio, bella, dominia, magiſtratus, Imperia, contractus, inveni[illegible] *Petr. Gregor. l. de republ. c. 2.* Et in ſumma cuilibet apparenti defectui conveniens eſſet adornatum remedium. Hinc primam ante diluvium orbem extruxit Cainus, *Geneſ. 4. v. 17.* Et poſt diluvium filij poſteri Noe multas, ut videre eſt, *Gen. c. 10. & 11.* Cúmq; DEUS familiam Noe in ædificatione Babel per confuſionem labiorum ſuorum diſperſerit ſuper faciem cunctarum regionum, ita ut illas incoleret, cœperunt ſibi jungere domus, & ex conjunctione formare urbes: ut adverſus aliorum injuriam tutiores redderentur. *An verò & tùm in Germania conditæ ſtatim fuerint urbes?* affirmare non licet: ſiquidem conſtans eſt hiſtoricorum traditio, Germanos ab initio nullas incoluiſſe urbes. Ad quod inquit Tacitus *ſub fin. lib. de German.* paſſim comitantur, (Fenni ſeu Germani ad ortum Septentrionemq; extremi) partémq; prædæ petunt. Nec aliud infantibus ferarum imbriúmq; ſuffugium, quàm ut in aliquo ramorum nexu contegantur: huc redeunt juvenes, hoc ſenum receptaculum. Id beatius arbitrantur, quàm ingemere agris, &c. Habuiſſe tamen domos parietibus tectóq; factas, arguitur ex Taciti verbis illis: nullis Germanorum populis urbes habitari ſatis notum eſt, ne pati quidem inter ſe junctas ædes, colunt diſcreti ac diverſi, ut fons, ut campus, ut nemus placuit; vicos locant non in noſtrum morem connexis & cohærentibus ædificijs, ſuam quiſq; domum ſpacio circumdat. Exindéq; remanſerunt multæ denominationes, das unzehlich viel Stätt/ Flecken/ Dörffer/ von den flieſſenden Waſſern/ Brunnen/ und Bächen/ vom Feld/ Wald/ Ried oder Heyden/ noch heutiges Tags jhre Namen haben. *Lehman. in Chron. Spir. lib. 1. c. 5.* addito cognomine domini vel domicilij, Heim/ Hauß/ Hauſſen. *Cluver. 1. de German. antiq. c. 13.* Sunt tamen ex Hiſtoricis qui 1500. ann. ante N. Chriſtum in Germania urbes repertas fuiſſe ſcribunt. Notitq; Cruſ. *1. part. 1. ann. Suev.* Manno (Teutonis DEI filio, à quo Alemanni denominantur) inter alios filium fuiſſe; nomine Trevirum, qui ad Rhenum Trevirim, Moguntiam, Wormatiam & Spiram ædificarit. Cúmq; Taciti temporibus Germani trans Rhenum & Danubium continerentur; *Cruſ. d. p. 1. lib. 4. c. 5.* hæq; Civitates

Galliæ

...iæ subjugatæ essent, *Lehm. d. l.* Tacito, utpote de Fennis lo-...enti hi non obloquuntur.

2. Consideratæ verò formaliter, vel quâ Imperiales, (*a*) sunt à Iure Civili. (*b*) Imperialium enim dignitatem assecutæ sunt in Regimine Imperij Romani, ad quam varias perpessæ priùs mutationes tandem venerunt. (*c*) Aliam I. mutationem sustinuerunt sub initio Imperij Romani, ubi Imperij Civitates quædam effectę primò fuerunt. (*d*)

(*a*) Id est, Secundum eà, quæ ab Imperio Rom. singularia habent in status jure. *infra thes. 6.* (*b*) *arg. l. 6. ff. de I. & I.* hinc etiam in quæstione, cujus juris sit civitas imperialis? respondendum est ad formam specialissimam: esse nimirum eam à Jure Civili. *arg. l. in toto jure. ff. de R. I. Et in simili habet Donell. 21. Com. c. 2. & Clariss. Hunn. præceptor meus ætatem observandus in resol. Treutl. disp. 1. q. 30. vol. 1. & disp. 20. q. 5. vol. 2.* (*c.*) *infra thes. 5.* (*d*) victrix Aquila quiescere non potuit, quin armis aut armorum terrore percelleret quantum ad Orientem est, & quantum occidens respicit, & quantum ex utriúsq; lateribus est, *Nov. 9. in præfat. Nov. 26. c. 2.* donec Roma, caput orbis, domus æternabilis, & orbis epitome *l. 3. C. de consul.* & ipse Imp. totius orbis dominus & arbiter diceretur. *l. deprecatio. ff. ad L. Rhod.* Indè etiam Romani Germanorum libertatem aggressi sunt, & cum illis fortitudine se impares viderent, dolis atq; fallacijs contenderunt. Circumvenerunt eos alij pecuniæ interventu, & emerunt Germanorum auxilia cõtra Germanos. *Lehm. 1. c. 15.* alij alijs desudarunt modis, donec pressiùs pedem fixerunt, locáq; capta in provinciæ formam redegerunt, pristina jura ademerunt, vectigalium redituúmq; exactores constituerunt, ejúsque obtinendi causa præsidia subactis locis imposuerunt. Fuit tamen & hoc provinciarum jus sæpissimè interpellatum à Germanis; ita quidem; ut tandem Romani civitatibus potentioribus jure municipali vivere permiserint, earúmq; cives eâdem cum Romanis libertate eminere. *Lehman. d. Chron. 1. c. 5. 10. & 15. & Besold. 1. fascic. disp. de Civit. c. 1.*

3. II. Aliam sub constitutione Regni Francici; (*a*) dum

(a) dum civitatibus cum territorio simul, Episcopi, (b) Duces (c) Comites, (d) & officiales alij fuerunt præfecti, (e) qui nomine Germanorum Regis, Ecclesiasticam & Secularem jurisdictionem administrarent, (f) homagium exigerent (g) & reditus Fisci Imp. colligerent. (h) Labente autem & hac paulatim formâ, alia inductâ est à Carolo Magno. (i)

(a) Cum Impp. Civitates in statu prædicto propter vim tùm Allemannorum tùm Francorum retinere non potuerint, liberiorem ipsis statum regiminis indulserunt, ut non tàm regentium magnitudinem supra se, sed & pro se, scirent: *vid. Lehm. lib. 4. c. 2. 3. & 4.* (b) Habebant hi Jurisdict. Ecclesiasticam. (c) Qui nomine Imperij eas ab impressionibus hostilibus tuebantur, *Lehm. 2. c. 4.* (d) quibus maximè in Metropolibus rerum criminalium & civiliū exercitio erat demandata. *vid. Wehner. in obs. pract. verb.* Graffschafft. Ad quorum exemplum etiam moderno tempore reperiuntur in quibusdam civitatibus præfecti Imperatoris (vulgò die Reichs- vnd Statt Vögt appellitati) *vid. Stumpf. lib 6. c. 14. fol. 149. & seq. in pr. Bernh. Hertzog in Chron. Als. lib. ult. Lehm. 4. c. 2. & lib. 2. c. 18. ac. 22.* (e) juxta hos enim & Impp. alios constituerunt, quos Schultheissen nominarūt, eò quòd causæ debitorum sub ijs dijudicabantur. *Simler. d. l. 2 de Helvet. rep.* Horum Jurisdictio, Comitū tamen jurisdictioni obnoxia fuit. *D. Besold. in disc. de jur. Civit. Imp. n. 2.* Et adjuncti plerunq; fuerunt harum causarum Judicijs, ut honor, dignitas authoritásq; Scabinorum, der Schöffen vnd Haußgenossen (de quibus *Lehman. d. Chronic. Spir. 6. c. 12.*) eò major esset, & promptior executio, *Author* deß gründlichen Berichts von deß H. Reichsstatt Friedberg/ Stand/ *&c. p. 1. punct. 12. n. 5.* (f) cōstat hoc per superiora. Hácq; ratione civitates Wormatiā, Spiram, Oppenhemium, Landaviam, Sebusiū rexerunt Franconiæ Duces: Argentinam cum Alsatiæ civitatibus; Tigurum item & Basileam cum ijs quæ ad lacum Acronicum positæ fuerunt, Duces Sueviæ. *Lehm. d. l. 2. c. 4.* Fuit tamen omnis hæc dignitas ex Impp. arbitrio motoria, nec ad heredes transitoria. *Knich. de subl. terr. jur. c. 1. n. 57.* (g) Quod Cæsaribus, Regibúsq; sub regni initiū præstiterunt hac formulâ: Promitto ego partibus Domini mei Regis & filiorū ejus, quia fidelis sum, & ero diebus vitæ sine fraude vel malo ingenio. *Con-*

B *stit.*

Vit. Carol. M. fol. 263 edita Mogunt. (*b*) Imp. Fisco omnes vectigalium, [teloniorum], [procellarum], cauponariorum, accisarũ, tributorum, fredarum (quarũ significatio est *ap. Wehn. in verbo* Frevel.) reditus per Fiscales colligebantur. *capit. 23. c. 24. de Rep. German.* (*c*) Erat hic primus Rex Francorum *Alsted. 20. Encycl. c. 23. reg. 1.* & postquam Imperator in anno 801 25. Xbris in occidẽte declaratus fuit, imperium variè dilaceratum per incuriam Impp. Constantinopolitorũ redintegravit partim; partim novum ipsi corpus formavit: Cum omnia suæ ditionis subjecta antiquo jure redigeret in provincias *Trithem. de orig. Frãc. f. 94.* ordinarétq; per totam Aquitaniam Comites, Abbates, nec non alios plurimos, quos Vassos vulgò appellant, ex gente Francorum, iisq; regni curam committeret. *Aimon. Monach. antiq. fidei scriptor de gestis Franc. lib. 4. c. 1. & lib. 6. c. 35.* Atq;, cum in fide & fortitudine multorum periculũ videret suæ potestatis, maluit ijs certas dare aut permittere provincias, quàm omnia retinendo semper de summa imperij periclitari. *D. Vultej. in pref. ad tr. de jurisd. Cujac. 1. de Feud. tit. 1.* Hacq; ratione Saxoniæ toti, itémq; populis alijs, antiquis legibus & libertate vivere concessit: nimirum, ut leges, consuetudines, jurisd. vectigalia, magistratus sui fermè juris haberent. *Sigon. lib. 7. Reg. Ital.* Hinc multas civitates, imperio ita ad Germanos devoluto, his officialibus caruisse prodidit ex originalibus gratiis investituris que, quibus mediantib. Rom. Imperio incorporatæ fuerunt. *Author* deß ersten Rathschlags/ der Reichstätt *session* vnd stim̃ betr. *pag. 5. & 6.*

4. III. Aliam sub Saxonum Imperio: (*a*) dum Ducum, Comitum, &c. dignitates perpetuari cœperunt, (*b*) quibusdam civitatibus fuerunt præfecti Episcopi in locũ Ducum, Comitum, &c. (*c*) Quædam ab omni horum Iurisdictione propter benemerita sua fuerunt exemptæ. (*d*) Quædam temporibus interregnorũ & dissidiorum intestinorum hanc immunitatem sibi ipsi quæsiverunt. (*e*) Quædam pecuniæ interventu, (*f*) aut etiam alijs modis & pactis à Statuum dominatione evaserunt. (*g*)

(*a*) Cui initium dedit Henricus Auceps. Anno 920. sub illo enim contigit translatio imperij à Francis ad Saxones. (*b*) Namque Carolũ M. in hoc secuti sunt alij Impp. vel maximè d. Henr. Auceps, Otto I. & Otto III. Hi Ducatus initiò paucos, Marchionatus, Comitatus

tatus & Baronias per Germaniam plures constituerunt, definitis territorijs distinxerunt, & perpetuâ dignitate eâq; regali condecorarunt: modò in allodium, modò sub clientelari fide in feudum dederunt, ut attestantur JCti & Historici, quos allegat *Clariß. Claten* *sæpè alleg. syll. th. 24. lit. b.* Crediderunt enim Impp. illos eò attentius militaturos, diligentiamve in piè gubernando majoré adhibituros, si sua etiam rura & jura potius quàm aliena defenderent *Connan. 2. Comment. c. 9. n. 5. Infra th. 34. lit. c. (c)* Ducibus & Comitibus Otto I. Civitatum quarundam ratione potestaté ademit, & illam in Episcopos transtulit. *Lehm. d. Chron. 4. c. 3.* Quomodo cœperunt habere etiã Jurisd. Secularem. Omniúmq; primò, hic Otto I. fratrem suum Brunonem Archiepisc. Moguntinum Seculari Jurisdictione decoravit. Da begundten zu erst die Bischoffe Weltliche Recht zu haben; das dauchte damalen vnbillig manchen Mann. *Knich. d. tr. c. 1. r. 18.* ita tribuebatur Ruperto Episcopo Jurisdictio in Civitatem Spirensem. *Lehm. d. lib. 4. c. 3.* Cúmq; in civitatibus ita dominárentur, ac si omninò essent patrimoniales, ipsisq; ad luxum & superbiã concessæ, renuerunt Impp. concessa antè privilegia & jura cõfirmare. *Petr. Diac. lib 4. c. 42.* Quâ ratione civitatum illarum pensiones & reditus Imperio accreverunt rursus, *Sigon. de reg Ital. sub Henr. IV. Münster lib. 3. c. 160.* Ut de Nordlingâ tradit *Crus. p. 3. ann. lib. 2. c. 9.* Ducibúsq; ac Comitibus ingrediendi occasio data, *ut hoc deducit Lehm. d. l. 4. c. 3. (d) vid. dictum respons. juris in caus. Fridberg. p. 1. punct. 2. n. 3. 4. & 5. (e) d. resp. Fridb. d. n. 4.* Jura, quæ ita occasione dissidiorum, &c. obtinuerunt, post à Friderico II. in Comitijs Herbipolensibus anno 1232. stabilita fuerunt. *Peucer. lib. 5. Chronic.* Quo verò tempore una vel altera civitas hanc immunitatem obtinuerit, arbitrari vix potero; cum quæ paulatim irripere solent, vix unquam percipiantur: nec nisi cõversione secutâ sentiantur *Bodin. 2. de rep. c. 6. d. Resp. Fridb. p. 2. n. 6. (f)* ut de Ulmâ testatur *Crus. Ann. p. 3. lib. 4. c. 15.* de Augusta, *lib. 2. c. 17.* Eslingâ *Gylm. tom. 3 fol. 143. Symph. (g)* ad quod vide *Reusner. de Vrb. German.* de Rotenburgo, Gemunda & Kauffbeurn De Norimbergâ *Bodin. 1. de rep. c. 1.* Ratisbona, *Otton. Frising. lib. 2. de gest. Frider. c. 28.* de Seiestadio, Argentina, Hagenoa, & Sebusio: *Bernh. Hertzog in Chron. Alsat.* de Heilbrunnâ, Eslingâ & Rütlingâ *Irenic. lib. 9. c. 8.*

V. Atq; per hac mutationes & modos venerunt ci- 207

vitates in ſtatum & conditionem moderni Imperij: in quo quædam ſtatum Imperij plenámq; jurisdictionem; quædam limitatam, quædam verò nullam obtinent. (*a*) Et ſecundum eam in Imperiales, (*b*) mediatas ſeu immediatas (*c*) & provinciales distinguuntur. (*d*)

(*a*) Ex conceſſione nimirum Imp. præſcriptione & modis ſupra theſ. præcedenti relatis. *vid. Dn. D.* Reinkingk/ *lib. 1. claſ. 4. c. 20. n. 3.* (*b*) de quibus hæc diſputatio inſtituta. Ubi tenendum, quòd hæc vox Imperialis Reichs/ ſit aliàs nomen generis, ex immediatâ ſubjectione promanans, quo tàm eæ, quæ ſtatum Imperij agunt, quàm quæ imperio immediatè tantû parent, contineantur; Junctæq; in hoc genere à provincialibus diſtinguantur. *Paurm. 2. c. ult. n. 25.* Per uſum tamen eo deventum eſt; ut hodiè hanc vocem non de ſubjectione, ſed potius de dignitate ſtatus Imperij intelligamus, per eámq; ſpecificam differentiam ponamus inter eas, quæ ſtatû vel jus ſeſſuræ habent, & eas quæ Imperio immediatè tantùm parent. *ut conſtat hoc ex ipsâ Paurmeiſt. definitione, in d. c. ult. n. 29. juncto n. 20. ubi varias hujus vocis acceptiones refert.* (*c*) Et propter hanc immediatam ſubjectionem eâdem libertate fruuntur cum Imperialibus, excepto ſaltem jure ſtatus. *vid. Gail. l. 2. obſ. 54. n. 10.* Súntq; vel pactitiæ, vel exemptitiæ vel privilegiariæ. Pactitia eſt, quæ pacto libertatem, quam antea ampliorem habuit, minuit: Exemptitia, quæ acquirit libertatem, quam antea non habuit. Et ſic quæ antea libertate fruebatur uberiore pacto certo jam fit ſubdita civitas: quæ verò antè graviore premebatur onere, per pactum illi oneri vel in totum vel pro parte eximitur. Quocirca pro pactitia civitate libertatis præſumptio militat; ſed exemptitia ſervituti ſubjacere creditur: niſi exemptionem docere poſſit. Privilegiaria verò eſt, quæ certis privilegijs donata eſt; ita tamen ut ſubjectionis notam non eluat. *Meichſner. tom. 2. lib. 1. deciſ. Camer. 9. in cauſa* Mainz/ *contra* Erffurd/ *n. 19. de quib. videre licet Clariſſ. D. Cluten in d. theſ. 27. lit. g. & D. Beſold. 1. faſc. diſp. de Civit. c. 10. Dauth. in Hypothypoſ. ſect. 6.* (*d*) dicuntur hæ Land/ oder Fürſten Stätt/ eò quòd primò & immediatè parent principibus & ordinibus imperij, mediatè autem Imperio; de quarum juribus & regimine *vid. Thom. Michael, de Iurisd. Imp. concl. 136. & ſeq. M. Stephani, 2. de Iuriſd. p. 2. c. 2.*

6. Civi-

6. Civitates Imperiales, sunt civitates Impe[rio] immediatè parentes (*a*) quæ jus status Imperii [ob]tinent. (*b*)

(*a*) Genus hoc est commune cum iis, quæ mixti status & conditionis supra thesi præcedenti asseruntur. *Mynsing. resp 15. n.* (*b*) in his latet differentia specifica, quâ mixti status & immediatæ discriminantur ab Imperialibus. *arg. Recess. deputat. de an. 1564.* §. Unnd wellen wir als Römischer Kayser gegen denen / so nicht Stände deß H. Reichs / jedoch dem H. Reich *immediatè* unterworfen. *& Recess. de an. 1544.* §. Wan auch ein außgezogener. Esse autem eas Imperio actualiter incorporatas, non minus ac principes, tradetur *infra thes. 15.* Pautmeisterus *d. c. ult. n. 27. & 29.* constituit essentialem harum formam jus comitiorum: verùm, quia hoc jus non absolvit differentiam inter utriusque generis civitates, nec omnia complectitur, quæ ex jure status sequuntur, deveniendum ad id est, quod formam hanc absolvit; nimirum jus status: Ad hoc demum sequuntur, jus comitiorum, præsentatio in Cameræ Judicio Assessorum, immediatæ contributionis ex matricula Imp. Ex quibus tanquam effectis quasi possessio status Imperii inducitur. *Knich. de subl. terr. jur. c. 3 n. 164. Zachar. Victor. de exempt. conclus. 5. per* *d.* § Wann auch ein außgezogener. *inf. thes. 18, lit. b.*

7. Genus hujus definitionis considerandam præbet subjectionem civitatum; & contrà forma specifica libertatem, *de quâ infra thes 14.*

DE SUBIECTIONE CIVIT.

8. Subjectio in eo est, quòd hæ civitates cum cæteris imperii membris (*a*) Imperii Majestati (*b*) summæ (*c*) parent ut subditæ (*d*) in territorio universi Imperii. (*e*)

(*a*) Hæc qui sint, *tradunt Petrus de Andlo, de Rom. Imp. lib. 2. c. 12. & Gail. de pign. c. 7.* Imperatori post electionem & in Comitiis publicis humilimè serviunt, & ejus sese gehorsame Fürsten und Ständt appellitant, *ut constat ex A. B. & passim ex Recess. Imp.* (*b*) Majestas vulgò dicitur quasi major status, & est nihil aliud,

B. 3. quàm

n reverenda potestas & amplitudo personæ eminentioris *Deci-n tr. crim. lib. 7. c 1. & 2.* JCti illam appellant plenitudinem po-testatis, aut absolutam & legibus solutam potestatem, item infini-tam Jurisdictionem *Bornit in tr. de Majest. polit. c. 1. & 2.* Fuit hæc primitus in Imperio Rom. penes populum tantùm, *l. 1. §. 1. ff. ad L. Iul. Majest.* postea verò ab eadem Lege Regiâ in Imperatores trans-lata, *l. 1 ff de const Princ D Thom Lansius in disc. de L. Regiâ.* Indéq; dici cœpit Majestas Cæsarea, Imperatoria, & Principalis, *in proœ-mio Inst. l. fin. in pr. C. de ll Thom. Michael de tract concl. 7.* Germa-nis die Käyserliche Hochheit / Macht vnd Vollkommenheit *Recess. de anno* 1576. §. Darburch das. *Ant. Coler. de Iur Imp. thes* 11 Dico hîc Imperii, non Imperatoris tantùm Majestati, ut includantur & status, penes quos vacante Imperatoriâ sede, aut aliàs in rebus Im-perii, jura Majestatica sunt non minimâ ex parte, *v. Paurm 2. de Iu-risd c. ult. n 37.* (c) Præter DEUM immortalem, à quo primariò hæc potestas est, *Nov. 28 cap. 4. in fin.* Imperator inter ordinationes Civiles majorem non agnoscit; sed eminet ipse super omnes tan-quam stella matutina in medio nebulæ meridionalis, *ut ex Bald no-tat Clariß Cluten. de syllog thes 9 lit g.* Jurat hinc Archiepiscopus Moguntinensis in electione Imp. Ich N Ertzbischoff &c. schwere/ das ich will erwöhlen ein weltlich Haupt dem Christlichen Volck/ das ist/einen Römischen König zu einem Käyser zu erheben. Eun-démque Rex Turcarum usitato hoc affatur titulo Auß den Poten-taten JEsu der fürnembste/ vnd zwischen dem Geschlecht JEsu er-wöhlter fürnehmbster Herr aller Christlichen Völcker/ ein Versorger vnd Administrator der Gerechtigkeit / vnser Nachbar vnd guter Freund. *Goldast. in Legat Ebrahimus Strozze, anno* 1562. *in Comit. Francofurt.* (d) Parent enim Civitates vi supremæ Jurisdictionis, *v. Arnold Engelbr. de jurisdict. Imp. conclus* 102. quo pacto & aliàs subditi fiunt. *Frideric. 2. de mandat. cap. 46. num 5. & 6.* undè non tàm in iis, quæ ad Jurisdictionem feudalem pertinent, sed etiam aliis Majestatis Juribus Imperatori & Imperio etiam per-sonæ nomine obligantur. *Rosenthal. de Feud, cap 5 conclus* 13. *Besold tract. de appellat. cap 2 num* 20. Ejusque intuitu Impera-tori præstant homagium, *Author. d. resp Fridberg part 1 punct 5. num 3 & 10.* quod est aliud nihil, quàm subjectionis & obedien-

tiæ

fie juramentum, gehorsam / getrew vnd hold zu sein. *Iacob. de S. Georg. in tract. de homag. num. 2. cum seqq. Gail. de arrest. cap.* [illegible] quæ tamen liberæ quædam sunt, ut videre est *ap. Besold.* [illegible] *de jure univers. thes. 3. lit. c.* Quomodo autem & [illegible] Imperator id exigat, aliquatenùs tradit *Brunning in tract. de homag. cap. 2 conclus. 352.* (*e*) Imperium Romanum dicitur [illegible] territorium per prius, *argum. l. deprecatio. ff. de L. Rhod. de jact. Knich. de subl. territ. cap. 1. num.* 188 item territorium absolutum, respectu ejus quod habent Imperii status subalternum. *D. Besold. in tract. de statu reip. subalter. cap. 1. in princ.* Et in hoc Imp. ita fundatur. Per decretum electionis potestas & Jurisdictio omnis, in causas & personas omnes imperio subjectas cum titulo regis ipsi tribuitur, *Paurm. d. tract. cap. 2. num. 4. D. Georg Christ.* [illegible] *in disp. de potest. & Iurisdict. Imp. thes. 3. lit. b.* Dehinc ob acceptam Majestatem Imp. scaturigo fit & fons omnis Jurisdictionis, in quo omnes dignitatis & superioritatis thesauri reconditi habentur. *Bal. à Vall. consil* 100. *num 3. & seq.* Omnisque jurisdictio, dignitas & superioritas territorialis, quæ in orbe Romano existit, vel ipsius esse vel ab eodem manasse præsumitur. *Ant. Faber. in Cod. Rer. in Sabaud. jud. lib. 3. tit. 12. defin. 18. num. 1.* Déque hoc territorio esse adhuc censentur omnes, qui non penitùs ab Imperio jure sunt exempti: & vel actu vel potentiâ sub ditione Reipubl. Rom. continentur. *Paurm d. c. 2. n. 4.*

9. Oportet igitur, ut quò se extendant jura Majestatis imperando, (*a*) eò se porrigat subjectio civitatum obediendo. (*b*)

(*a*) Hæc jura quæ sint, undève eruenda & extendenda; mirè Dd. variant; *ut videre est apud Bodin. 1. de Rep. c. 6.* Non absurdè eum procedere putarem, qui à jure regni, quod Samuel 1. cap. 8. proposuit, multa; & ex lege Regia quoad Majestatem Romanam omnia derivaret. Dura quidem *in d. c. 8.* videtur conditio subditorum effici per census, operas, decimas &c. verum concedendum est aliquid iis, qui suis consiliis & laboribus pro totius terrarũ orbis salute die ac nocte laborant, & propterea meritò dignam suâ habent prærogativâ fortunam. *l. ult. C. de praescript. Nov. 105 cap. 2.*

Nec

nec quicquam refundunt: cum subditorum negotium gessisse cen- [...]antur. *Gail 2 obs 57. n.* 1. De Lege Regiâ nota est oratio habita in Senatu de potestate Augustorum: Ego ex omnibus mortalibus placui, qui in terris DEORUM vice fungerer; ego vitæ necísque gentium arbiter, qualem quisque sortem statúmque habeat, in meâ manu positum est, quas nationes funditus excindi, quas transportari, quibus libertatem dari, quibus eripi, quos reges mancipia fieri, quorum capiti regium circumdari decus oporteat, quæ ruant urbes, quæ oriantur, mea jurisdictio est. *Senec. 1. de clem. c.* 1. Quot autem & quæcunque sint jura, in duplici sunt posita specie: Imperio nimirum & dignitate. *D. Richard. Dieter. de sum. Imp. Majest. thes. 9. v. M. Stephan. 2. p. 1. c. 1. n. 1.* (*b*) Majestas enim hæc & subditorum obedientia correlativè sese respiciunt; ut proindè illarum sit natura; in essendo se mutuò ponere & destruere, vel quod idem est, ad paria judicari. *Auth æqualitas. C. de pact. convent.* Atque hoc modo absoluta in Imperatore spectatur potestas.

10. Et prout latissima illa potestas moderamen habet, ita & ejusdem subjectio; (*a*) Habet autem illud 1. à Scripturâ & natura. (*b*)

(*a*) *Per ea quæ supr. thes. præced. lit. b.* (*b*) cum Principi legem nemo rogare auderet, DEUS & natura sanciebant; Imperia justa sunto. Hæc Themis, hæc Nemesis est, quam cuilibet terreno Jovi adsidere volebant poëtæ. Hæc turgida summæ fortunæ vela ita contraxit, ut obedientiam & subjectionem in externis membris & actionibus ordinationi civili tantùm concesserit. *Wesenbec. in π. n. 4. de I. & I* portum & finem in pietate & honestate posuerit 1. *ad Tim 2. vers. 2.* Contra quem si quid ab Imperante præcipitur, potiùs DEO, quàm hominibus obediendum. *Actor. 5. vers. 29* Si igitur Imperans hanc, DEUS verò rem commendet aliam: DEUS potentior est. Dicas igitur; Domine excusabis me, tu carcerem mináris & mortem, si non faciam: at DEUS, si faciam, minatur infernum & mortem æternam. *Aug. de verb Dom. serm. 6. c. Iulianus. 11 q. 3.* Quæris, *si Majestas tamen ad committendum quid contra conscientiam omni vi urgeat, an eâdem vi ipsi resistere liceat?* R. Si imperans potestatem obtinet summam & absolutam, eidem non licet resiste-

se medio, quod ipsius famæ vel vitæ periculum adfert. Justum quidem est, ut faciat, quod Moyses 17. *Deu.* ipsi præscripsit, sed si non faciat, subditum non habet vindicem: adversus hunc enim tutus esse debet; etiam tùm, ubi inhonestè & summâ injuriâ cum subditis egit. Namque tenentur subditi venerari potestatem, non quâ bene vel malè agit, sed quâ potestas est superior; hæc enim à DEO est. *Rom. 13. arg. Petri. 1. c. 2. vers. 13.* Durante & stante potestate, durant & obligantur subditi. Itaque obligatio hîc non est, inter officium potestatis & subditos, sed inter potestatem & subditos, quæ potestas officio latiùs patet. *Warem. ab Erenberg. de subs. reg. c. 9.* Si verò Imperans supra se alium habeat superiorem, cujus mandato officium ejus justitiâ tantùm limitatum est; aut ipse Imperans per modum pactionis aut contractus cum subditis initi, ad potestatem limitatam se obstrinxit: viâ Juris resistere licet: quæ priori casu est querela & provocatio ad superiorem. *Ord. Camer. p. 1. tit. 50. & p. 3. tit. 53.* Posteriori verò illa, quam pactio illa continet. Ita enim non solum Princeps, sed DEUS ipse obligatur, *ut sanctissimè dixit Bald. in l. 1. ff. de pact.* Nec hujus conventionis ratione subditus aut Princeps intelligitur. *Alber. Gentil. disput. reg. 1. fol. 14.* sed talis est utriusque tùm potestas, qualis est aliàs contrahentium voluntas & arbitrium. *Bertram in disp. de Comit. Imper. thes. ult.* ut hinc princeps in his terminis jure privatorum utatur. *Zas. ad l. 2. § eodem tempore. n. 21 de orig. Iur. Quâ de re eleganter Dn. D Ioh. Georg Becht. in disp. de secur. & salv. conduct. thes. 160 cum seqq.*

11. II. A modo reservationis factæ, quo civitates ad Imperium venerunt.

Tunc enim libertas illarum aut ad ipsum Imperatorẽ spectat; cũ nimirùm reservatio est facta in certis capitibus: hæc enim cæterorum abdicatio intelliguntur. *l. cum Pretor. de judic. Paurm 2. c. 4. n. 130.* Aut pertinet ad ipsas civitates, ubi reservatâ libertate generali, ad certa tantum capitula facta est obligatio; quo casu ultra conventa & expressa non est respectus subjectionis; *Gail. 2. obs. 54 n 10. supr. thes. 5. lit. c.* Atq; ita non solùm de populo Rom. esse intelliguntur, qui in omnibus ad potestatem politicam pertinentibus Imperio parent, sed & qui in aliquibus. *Br in l. hospes. n. 3. de captiv. & postlim. Paurm. 2. c. 1. n. 20. & infr. th. 14. lit. b.*

C A modo

12. III. A modo translationis Majestatis, quo illa hodiè ab Electoribus *(a)* sub certa pactione *(b)* juramento firmatâ transfertur. *(c)*

(a) Plus juris habere non intelligitur Majestas personalis quàm in eam à reali transfertur. Et utut dicantur Principes summi planeq; absoluti; D E I tamen realisque Majestatis intuitu & extra & intra rempubl. habent superiorem, *Warem. ab Erenb. d. tr. fol.* 149. Et hoc in specie de Germania nostra deducit *Petr. Heig. q.* 1. *n.* 27. de Gallia, *Hottomann de antiq. Gall. jur. cap.* 23. Et, licet maximè non sit lex regni, Princeps tamen quatenùs Princeps sub tacitâ regni lege, ut justè & benè regat admissus censetur *Gail.* 1. *observ.* 14. *num.* 6. *&* 2. *obs* 88. *num.* 2. *&* 9. *Fichard. consil.* 70. *num.* 12. *vol.* 1. Sed ut more antiquissimo priusquàm Rex constitueretur, primores populi de regimine tractarunt, 1. *Reg.* 11, *vers.* 4. qui tractatus dictus fuit fœdus populi cum Rege. 2. *Chron.* 23. *vers* 10. & jus regni, 1. *Samuel. cap.* 10. Ita hodiè in Imperio Rom. populi loco tractant Electores cum Imperatore. *Aur. Bulla test.* *(b)* Initâ scilicet inter Regem Rom. & Electores. Ut ita per eos ad conservandam Imperii dignitatem subditis abstringeretur eo modo, quem & DEus ipse pro vinculo obligationis in se agnoscit, *supra thes* 10. *lit. b. sub fin.* Solet autem hæc pactio certa continere capitula & articulos; undè etiam Capitulatio dicitur. Cujus vi Imperator ad ejus non solum, sed & Aureæ Bullæ, Recessuumque Imperii observantiam alligatur. *vid. Ant. Coler. de jur. Imp. Germ. sect.* 33 *Goldast. tom.* 3. *Const. Imp. & Sleidan lib.* 1. *histor.* *(c)* Quid olim circa juramentum hoc fuerit observatum, *vid. ap. Arnis.* 1. *de jur. Majest. cap.* 5. Hodiè Imperatores non nisi præstito juramento super propositis conditionibus ad Imperii gubernacula admittuntur: prout videre est in conclusione Capitul. Invictiss. Impp. Caroli V. Ferdinandi I. Maximiliani II. & Rudolphi II. Solches alles vnd jedes besonder/ wie obstehet/ haben wir obgemelter Römischer König/ den gedachten Churfürsten gered[et] vnnd zugesagt bey vnsern Königlichen Ehren/ Würden vnd Worten/ thun das selbig auch hiemit vnd in Crafft dieses Brieffs. Inmassen wir dann deß einen leiblichen Eyd zu Gott vnd dem Heiligen Evangelio geschworen. *vid. Nicol. Rucker. cons.*

lib.

14. num. 2. & 20. inter consf. Claud. Cantiunculæ. Florent. à Venning. cons 16. num 31. Demonstrat hoc Juramentum consensum expressum & specialem. *Bald. in l. 1. num. 4 Cod. mandati.* Et per id præter Electores cum DEO contractum esse censetur, cui votum omninò reddendum. *l. 2. Cod. de reb. cred. c. etsi Christus, extr. de jurejurand. Zas. in l. stipulationes non dividuntur numer. 40. de V. O.*

13. Quibus consequens est, *(a)* in quantum moderamina hæc Imperatoris potestatem non restringunt, *(b)* in tantum Civitates subditas esse: *(c)* Et è contrario, in quantum restringunt, in tantum Civitates gaudere libertate. *(d)* quæ, si est ex restrictione naturæ, naturalis vel Iurisgent. *(e)* si a reservationis vel translationis modo civilis vel Germanica dici potest. *(f)*

(a) Necessitate argumenti à contrario sensu, quod fortissimum *in l. 1. ff. de off. eius cui mand. est jurisd.* dicitur. *(b)* ut contingit in multis, quæ enumerat *Clariss Cluten. in d syll. thes. 17. 18. 19. & 20. Et D. Georg. Christoph.* Maysisch. *d. disp. per tot.* *(c)* Quatenùs enim Majestas restricta non est, nec subjectio laxata censeri potest; sed manet sub natura Majestatis absolutæ Omnis siquidem res in statu, in quo à principio fuit, semper persistere censetur, nisi contrà probetur mutatio. *l 21. ff. de probat. & arg* Feudi, quód licet in aliquo recedat à natura & proprietate feudi, in reliquis tamen omnibus propriam feudi naturam habere censetur. *tit. 48. ubi Feudistæ. 2. F. Molinæus in Consf. Paris. § 30. num. 100. circ. fin. vid. supr. thes. 8. lit. e.* Eaque est exceptionis natura, ut quando casus certos eximit, in cæteris regulam confirmare censeatur *l. quæsitum. § idem respondit. de instr. vel instr. leg. Paurm. 2. c. 49. n. 18. Et in simili Knich. d. tr. c. 4. n. 31.* Hinc est, quod Civitates etiamnùm tenentur observare Constitutiones Imperii & Recessus (quatenùs eas tangunt) jus Justinianeũ, ex cõtinuatâ non solum confirmatione Impp. indè à Lothario *de quâ Petr. Heig q. 7. n 49 & 50.* sed & ex novis Impii decretis, *de quib. Paur. 2. c. 6. n. 154. cũ seqq* puta tamẽ; quatenùs

 moribus

maribus, constitutionibus aut statutis mutatum non est. *Ord. Cam. p. 1. tit. 13. in princ.* *Clariss. Locamerus precept. meus plurimum obs. in disp. Nov.-just. proœm. thes. 10.* Quâ ratione altero oculo in jus scriptum, altero in mores seculi nostri intenti esse debemus. *Bitterphus in præf. ad Nov. c. 7. num. 4. Ord. Cam. p. 3. tit. ult.* Item etiam Rescripta Imperatoris, *arg. §. sed & quod Princip. Inst. de N. I. G. &c.* concessa privilegia ab eo, *l. 1. §. 2 ff. de Const. Princip. l. 16. de ll.* Iudicium Cameræ: ejus enim Jurisdictio in omnibus Imperii civibus & Statibus, qui Cæsaris Jurisdictioni subsunt, fundatur. *Ord. Cam. p. 2. tit. 7.* tàm in civilibus, quàm in criminalibus; de his enim civitates etiam in prima instantia ibidem accusari possunt. Neque enim privilegiatam ordinationis instantiam habent, *Ord. Cam. part. 2. tit. 5.* Nec exceptæ reperiuntur omnes, *vid. infra. thes. 33. lit. b.* Ut itaque de non exceptis sit judicandum secundum regulam *l. patre furioso & ibi Dd. ff. qui sui vel alien. Iur. vid. Frider. 1. de process. cap. 9. num. 2. cum seqq. item Wehner. in observ. pr. verb. Zent. pag. mihi 709.* pensitationem sibi Matriculâ dictam, quæ hodie ferè talis observari solet: ut in Circulo Austriaco Costentz per mensem pensitet 236 flor. in Francico Nürnberg 1480 Rotenburg an der Tauber/ 380. Winßheim 148. Schweinfurt/ 186 Weyssenburg am Nortgaw/ 100. In Bavarico, Regenspurg/ 320. In Suevico, Augspurg/ 900. Vlm/ 900. Mämmingen/ 248. Kempten/ 156. Bibrach/ 69. Kauffbäuren/ 160 Ysin/ 180 Leutkirch/ 40 Wangen/ 80 Lindaw/ 196. Ravenspurg/ 196. Buchorn/ 80. Vberlingen/ 312 Pfullendorff/ 104 Reutlingen/ 188. Eßlingen/ 220. Gemündt/ 176. Weil/ 60. Hailbrunn/ 280. Wimpffen/ 80. Schwäbisch Hall/ 292 Dinckelspiel/ 208 Popfingen/ 24. Bingen/ 66. Aalen/ 60. Nördlingen/ 260 Donawerth/ 136. Offenburg/ 120. Rotweil/ 280 Gengenbach/ 60 Zell am Hammersbach/ 40. Buchaw am Federsee/ 8. In Rhenano superiori: Straßburg 900 Franckfurt/ 800. Speier 176. Wormbs/ 276. Colmar/ 168. Kaysersberg/ 84. Türckheim/ 20. Münster in S. Gregorien Thal/ 48. Obernehenheim/ 80 Roßheim/ 24 Schletstatt/ 144 Hagenaw/ 32. Weyssenburg am Rhein/ 112 Landaw/ 96. Friedberg in der Wetteraw/ 48. Wetzlar/ 32. In Westphalico Cöln/ 825. Aach/ 104. Dortmundt/ 264. In Saxonico inferiori, Lübeck/ 960. Mühl-

hausen/

hausen/160. Northausen/120. Goßlar/120. v. Wehn. in obs. pr. verb. Marschal. & infra thes. 18. lit. a. Et in summâ omnem dispositionem & voluntatem Imp. in causis sibi reservatis. vid. D. Valrey. in l. 2. n. 168. C. de iurisd. in jud. Cacheran. decis. 51. n. 12. & 18. (d) Generi enim per speciem detrahi in jure certum est, l. in toto 80. de R. I. proindéq; quantum subjectioni decedit, tantum libertati accrescit. vid. sup. thes. 11. (e) arg. thes. 1. lit. d. in resol. Paurm. 2. 1. ult. n. 18. (f) vid. sup. thes. 2. lit. b. Eodem modo illam appellat Lazarus von Schwendi / in seinem Bedencken / an Ihr Kays. Majest. Maximiliani II. von Regierung deß H. Röm. Reichs/ §. 12 fol. ... Daneben haben die Teutschen jevnd allweg vnter jhren Kaysern jhr alte Teutsche Freyheit dermassen herbracht vnd erhalten/ daß sie jhnen nicht eingreiffen können.

DE LIBERTATE CIVIT.

14. Sequitur de libertate civitatum, (a) quæ hîc aliud nihil est, quam mitigatio subjectionis absolutæ. (b)

(a) sup. thes. 7. (b) ut constat ex thes. 10. 11. & 12. quomodo nec olim absonum fuit liberas pronunciare eas, quæ certis gloriabantur immunitatibus & prærogativis, Sigon. lib. 7. in Otton. Mag. Item mediatæ, quæ vel unico regali investitæ sunt, ab Imperio, secundum id pro liberis habendæ sunt. Gail. 1. obs. 21. n. 9. Auth. Resp. Fridb. p. 1. punct. 1. n. 202. Liberæ enim dicuntur vel respectu statuum Imperij eorundemq; mediatæ subjectionis; ut Comites, Barones & Nobiles, die freye Reichsgraffen vnd Herren / die frey Reichs Ritterschafft. R. I. de ann. 1564. §. Vnd wollen wir als Römischer / &c. vel ratione immunitatum, quibus una civitas alterâ liberior est: ut de pensione migrationis; collectis aliisq; oneribus tradit compil. decis. Camer. in verbo Civitas, & hunc secutus Rutg. Ruland. de commissar. p. 2. lib. 5. c. 4. n. 41. Sed, an hæc sit genuina differentia inter civitates, quæ hodiè in Recessib. Imp. Frey vnd Reichsstätt/ liberæ & Imperiales appellantur? dubium multis est. Sunt qui id æstimant, non ex immunitate, sed ex ejusdem causa: ut liberæ dicantur in hac oppositione, quas Impp. ab initio dum Imperio incorporatæ fuerunt, pro liberis agnoverunt: atq; ita illarum immunitates non ex habitâ plenitudine Imperatoris, sed ex reservatione suæ libertatis anti-

antiquæ, fluant. Quâ ratione ad pacta & expressas conditiones subjectæ sunt, in reliquis liberæ permanent. *arg. cor. quæ trad. Gail. 2. obs. 54. n. 10. vid. sup. th. 11.* Inducit exemplum *D. Besold. in fasci. 1. disp. de jur. universit. th. 3. lit. c.* item aliud *in tr. de jur. Imp. Civit.* de civitate Coloniensi, quæ est ein freye Reichsstatt/ vnd alle Burger freye Königliche Burger/ vnnd freygehuld / von einem Römischen König. *Statut. Colon. fol. 46.* indéq; formula homagialis talis est: Diesen Tag heut/ vnd diesen Tag all/ vnd von diesem Tage fort/ hulden wir freye Burger von Cöln/ vnserm liebẽ Herrn/ H. N. Röm. König/ getrew vnd hold zu seyn/ Behaltnisse vns/ vnsern Weibern / vnd vnsern Kindern vnser Statt von Cöln/ Recht vnd Burger Freyheit/ sonder arge List, *ut habent statuta concordata* der H. freyen Reichsst. Cöln. *fol. 5. & seq.* Hæcq; sententia mihi verior videtur illâ, quã quidem ex insignibus Aquilæ hauriunt. *de qua vid. Paurm. 2. c. ult. n. 24. Clariß. Cluten. in d. thes. 27. lit. c.* aut etiam eâ, quám ex anonymo Autore tradit *Matth. Stephani, 2. de jurisd. p. 2. cap. 1. n. 84.* Et ex eo *Clariß. Bocerus tr. de collect. c. 4. num. 30.* ubi enumerant 1. Civitates liberas Imperiales, Augspurg/ Metz/ Aach/ Lübeck/ Saltzburg/ Costnitz/ Cöln/ Bamberg/ Vlm/ Schlettstatt / Hagenaw / Magdeburg/ Olderling/ Rotenburg/ Lützelburg/ Nürnberg / Franckfurt am Mayn/ Speyer / Wurmbs/ Oppenheim/ Memmingen/ Kanstein/ Eissen/ Wangen/ Ravenspurg/ Vberlingen/ Leytkirch/ Kauffbeyern/ Donawerth/ Nörtlingẽ/ Dinckelsfurt/ Winschin/ Offenburg/ Pfullendorff/ Dortmunde/ Northausen/ Colmar/ Neuß/ Goßlar/ Weil/ Eßlingen / Reitlingen / Rotweil / Daventur / Campen / Schuoll/ Cronweissenburg/ Landaw/ Biberach/ Buchorn/ Achler/ Popfingen/ Schwäbischgemünd/ Keyserslautern/ Tol/ Mentz/ Trier/ Gelhausen/ Wetzlar/ Fridburg/ Siltach/ Mühlhausen/ Hildesheim. 2. Civitates tantũ Imperiales: Straßburg/ Erffurd/ Breßlaw/ Hamburg/ Braunschweig / Basel/ Zürich/ Bern/ Lucern/ Solothurn/ Freyburg/ Zug/ Claris/ Vry/ Schweitz/ Vnderwalden/ Appentzel vñ S Gallen. Quis usus sit hodiè hujus differentiæ, *patet ex th. 11. sup. & ex th. seq. 17. & 18.*

15. Circa quam incurrunt tractatus tres, 1. de speciebus ejus, 2. de fine, 3. de ejus exercitio.

16. Species sunt vel communes vel propriæ.

17. Com-

17. Communes sunt, quæ in jure status & superioritatis consistunt.

Nam quoad hæc omnes sine differentia, liberæ an Imperiales sint, pari jure censentur. *arg. Recess. Ratisb. de ann. 1541.* §. [illegible] [illegible] *Clarss. Becer. tr. de collect. c. 4. n. 31.*

De 1. specie, quæ in jure status consistit.

18. Civitates Imperiales inter Imperij status numerari, (a) ac proinde (b) jus sessuræ ac suffragij in universalibus Imperii comitiis obtinere, experientia in dubium vocare non sinit. (a)

(a) Jure veteri civitates exceptâ Româ privatorum Jure censebantur: hodie tamen ex usu nostri Imperij aliud dicendum. *Heig. illust. qq. 23. n. 30. lib. 1.* Quod enim olim Roma fuit secundum formam legibus præscriptam, id hodiè sunt Status Imperij & civitates Imperiales, ex usu & ordinationib. Imperij: *Hansmann. de re. monet. concl. n. lit. d.* Cæsaris enim & communi procerum consensu in Matriculam Imperij relatæ inveniuntur: ad hoc I. ut Imperio occurrente necessitate certum censum in Matricula expressum pensitent: *vide sup. thes. 13. lit. c.* Verùm, cum Matricula sæpius variata & mutata fuerit, Quæritur, *quænam sit observanda?* Et R. illa, quæ anno 1521. Wormatiæ fuit constructa, & post cum moderationibus anno 45. 55. & 71. insecutis, à communi statuum consensu comprobata *in R. I. de ann. 1576.* §. Wann auch zu Franckfurt. Et si fortè cujuspiam nomen in posterioribus matriculis non reperiatur, sufficit semel & antiquitus inscriptum esse ad hoc, ut inducat præsumtionem incorporationis status. *Meichsn. tom. 3. decis. 6. n. 10.* ut probandum, eam Cæsaris & statuum voluntate ex matriculâ deletam esse. *Gail. 1. obs. 21. n. 11. & 12.* II. ut vocentur ad comitia & alios particulares Imperij conventus: quod per multos actus & annos probant *Authores, consil.* der Freyen vnd Ehrbarn Reichsstätt/ Stand/ Session/ *&c.* Cùm que ex his qualitatibus, Status Imperij quis sit, æstimemus. *Gail. 1. observat. 21.* de hinc Civitates Imperiales Statum Imperij esse, tàm est verum, quàm quod maximè. Quòd si itaque Imperij fulcra talia sunt, ut hodiernæ faciei S. Romanum Imperium in totius orbis oculos notoriè incurrens etiam super iis fundetur.

Petr.

tr. de Andlo t. de Imper. c. 6. & non minima pars roboris Germa-[illegible] in ijs consistat; *Lehm. de Chron. c. 4. lib. 4. Peucer. 5. Chron. in vita Carol. IV. pag. 179.* facilè ego non asserere; si pro exemptis eximentes collectas solvant, imperio ferè nihil aut parùm decedere, *cum Brunning. in disp. de var. univers. spec. thes. 16.* Siquidem §. Vnd als durch. *Recess. August. de ann.* 1548. quem pro se allegant ita statuentes; primò tantum ad collectas imperij refertur, quarum ratione nihil decedere, ait Imperator: de cæteris autem alia est ipsius querela, *in Recess. de an.* 1570. §. Als wir dann weiters: die exemptiones würden gar zu gemein/damit dem H. Röm. Reich an seinen Gliedern/ Session/ Stimm/ Vermögen vnd Hülffen/ grosse Zerrüttung vnd Abgang folgen thue. uti hæc in specie deducit *Author* deß gründlichen Berichtes von deß H. Reichsstatt Friedberg *&c. p. 1. punct. 15. n. 20. cum seqq.* Secundò, quod illa exemptio ad facti contingentiam directa fuerit, & ex authoritate Imp. & Statuum, voluntate item exemptarum tolerata; ut sententiæ magis vim habeat de præteritis; quàm legis de futuris. Ratio sententiæ erat; dieweil dem H. Reich an seiner Anlag vnd Gerechtigkeit nichts abgehet: hæc verò non militat in ijs casibus, de quibus querela est Imp. supra relata. Verendum esset aliàs, dum privatis commodis quisque inhiat, liberásq; civitates ab Imperio eximere aut opprimere studeat; (ut manifestum est in ijs, qui quâvis arreptâ occasione, civitatum libertatem & jura, quantum possunt, imminutum vel prorsus abolitum eunt: Earúmq; cives, tanquam rusticos muro inclusos, alto supercilio despectant, iisq; injuriosè insultant: cum tamen nihil æquius sit, quàm omnes & singulos Imperij ordines atque status sese invicem secundum cujusque gradum dignitatis & qualitatem, pacis publicæ conservandæ gratia comiter atque officiosè observare humanitérq; sustinere. *D. Ioh. Georg. Becht. in tr. de salv. cond. & secur. th. 161.*) vel ipsæ in vindicandâ libertate negligentes existunt; ne quod universis nullâ vi humana fieri posset singulis propriâ culpâ contingat: ut se suósq; prædæ alienæ lancinandas exponât. *Goldast. tom. 3. Constit. Imper. in præfat. ad Reg. Angl.* III. Quod Princeps deterioris conditionis esse non debeat in alienandis aut sibi acquirendis rebus imperij, quàm privatus. *arg. l. 2. C. de privileg. Fisci. & l. Fiscus 6. in pr. & §. ult. & l. 28. ff. de jur. Fisci.* Notum est autem, quod, quamvis

quamvis olim pignori Principibus civitates tradere consueverint Impp. unde adhuc hodiè in Noviomagum, Ingelhemum, Oppenhemum & Kayserslautern / vicinos dominari Principes habet *Besold. in disc. de jur. Imp. Civit. n.3.* Et quasdam singularibus obtentis immunitatibus, ut Francofurtum, Wetzlariam, Gelnhusum & Fridbergam, id ne fieret, impetrasse, *Resp. Fridberg. punct.5. n.30.76.& 77.* id tamen hodiè ijsdem per capitulationem, qua se devinciunt, ademptum sit: uti liquet ex formula Cæsarei Juramenti, *apud Sleidan. lib. 1. pag.21. his verbis:* facultates Imperij neq; distrahat, neq; oppignoret, neq; quovis alio modo deteriores faciat. *v. Clariß. præcept. meum Bocer. in tr. de regal. c.4. n.21. cum seqq. & Dapp. ap. Besold. in fascic. 1, disp. de Civit. c.4. n.15.* Est quoq; hic notandum: quod per hanc status prærogativam Civitates sint supra profanum vulgus evectæ; *Vietor. de exempt. concl.5.* plebejorum item numero exemptæ, & decoratæ in varijs diplomatis & privilegijs Cæsaris titulo nobilis dignitatis *Sixtin. 1. de regal. n.80.* Sanè, si inferiores ab his privatorum numero habentur, & quæ mediatè Imperio sunt subjectæ, *l. eum, qui vectigal. 16. de V.S.* quis de liberis vicem Principis obtinentibus *Gail. 2. obs.57 n.7.* ac inter Imperij status, quæ summa post Imperatorem dignitas est, coruscantibus, *Paurm. 2. c. ult. n.43.* idē affirmabit? Ex ipsâ observantiâ certū est, plures als Straßburg (Basel) Regēspurg / Ulm / Aach / Franckfurt / Speyer / Lübeck / receptissimo stilo, nobilitatis elogio honorari: *ut test. Dauth. in miscell. 99. fund.3. opp.6.* Ubi & quasdam Illustriū der Gnädigē Herren Inscriptione, *opp.7.* exornari prodidit. Quarum priores rationem etiam habere possunt in Nobilitate, quę ordinem Senatorium simul constituit: posteriores verò *in θ.14. circ. fin. (b)* Ad statum enim sequitur jus comitiorum, tanquā formalis effectus, *Paurmeist. 1. c. 6. n.3. Vietor. d. conclus. 5.* ut vel ex eo inducatur quasi possessio status. *Decian. consil. 84. n.27. vol.5. sup. th.6. lit.b. (c)* de quâ per actus multos docent *Lud.* Gremp. & *Hieron.* zum Lamb *in d. respons.* von deß H. Röm. Reichs Ehrbarn / vnd Freyen Reichsstätten. *q.1.* ut qui de ea amplius dubitat, de sole eum dubitare necesse sit.

19. Hinc (*a*) ritè vocatæ, licet non per se, per legatos tamen, (*b*) in loco ad ea destinato comparere, eóque cùm venerint Marelchallum & Moguntinum de adventu

D suo

ſuo certiores facere (*c*) adventantiq; Cæſareæ Majeſtati extra urbem procedere tenentur.

(*a*) Ex progreſſu comitiorum ſynopticè hic quædam referam in majorem controverſiarum declarationem: ut tamen ea quæ omnibus ſtatibus communia ſunt, & ap. *Paurm. 2. 5. 6. Wehner. in verb.* Reichstag *Author* deß gründlichē berichts/wie es auff Reichstägen pflegt gehalten zu werden. Reinkingk. *lib. 1. claſſ. 5. c. 8. n. 42. cum ſeqq.* videri poſſunt, omninò non laborem, ſed quæ civitatibus ſingularia ſunt, extraham. (*b*) Licet aliorum ſtatuum præſentia rei feliciter gerendæ magnum adferat adjumentum. Secus tamen eſt in civitatibus; Quarum præſentia comitia non ſolùm gravarentur, ſed & civitates ipſæ ſumptibus non neceſſariis tenuiores redderentur. Eâ ratione hactenus invaluit, ut per conſulem & Syndicum aut archigrammateum, (qui non immeritò lingua, aures & oculi civitatatum, dici poſſunt: quod enim ſermo ſingulis eſt, *l. 7. ff de ſupell. leg.* id hi ſunt civitatibus; *arg. l. 1. §. 1. in fin. ff. quod cujuſque univ. nom.*) partes ſuas ibidem geſſerint: vel etiam alterius civitatis legatis demandarint. *Receſ. de ann. 1594.* In quo cōparuit Legatus Hagenoenſis, mandato der Stätt in die Landvogtey Hagenaw gehörig: nimirùm, Colmar/Schlettſtatt/Weiſſenburg am Rhein/Landaw/Obernehenheim/Keyſersſperg/ Münſter in S. Gregorienthal/ Roßheim und Türckheim. Circa hos legatos tria obſervantur. I. ipſorum perſona & conditio; ne ſc. ſit incivilis vel moribus impolita, in rure magis quàm jure educata: aut aliàs membris diſtorta cachinnum magis commoveat, quàm aliquam tàm ſibi quàm civitati vel minimā conciliet gratiam. *Rutg. Rul. de Commiſſ. lib. 1. p. 1. c. 11.* II. Mandatum, quod cum liberā eſſe debet. Mit vollkommenem Gewalt/ ohn hindersich bringen. *d. Auctor,* wie es auff Reichstag *cap. 2.* III. Inſtructio ſeu memoriale, *de quo d. Author. d. c. 2.* (*c*) ut ipſæ ſe habilitent exhibendo documentum mandati ſui. *Paurm. 2. c. 2. n. 31.* Nec enim ſufficit ſimplex aſſertio: cum nemini, ne Imperatoris quidem nuncio ſine literis credatur. *l. unic. ubi Caſtrenſ. C. de mand. princip. arg. Receſſ. 1582. §.* Folgen nun obgemelte mit *A.* vnd *B.* ſignirte Formen deß ſonderbaren Eyds vnd Gewalts *ſub lit. B.*

20. Et ubi jam finitis ſacris (*a*) in curiam ventum eſt,

eſt, occupant civitates à ſiniſtro Cæſ. Majeſtatis locum infimum; (*b*) audiunt propoſitionem Cæſaream: auditæ accipiunt copiam: & ut hanc ſub incudem deliberationis revocent, certâ die in conclavi ordini ſuo ſeparatim adſignato, conveniunt. (*c*)

(*a*) Nota, ubi inter ſacra ad Miſſam deventum eſt, Proteſtantes in proximum conclave abeunt, tàm diu illîc commorantes, donec Miſſa ad coronidem deducta ſit. *Referente D. Ieſſenio in hiſtor. Inaug. Matth. I. Imp. pag. 180. An verò Status proteſtantes ſalvâ conſcientiâ Miſſæ, ſi velint, intereſſe poſſint?* docet *B. Lutherus tom. 5. Ieneuſ. pag. 28. col. 2.* (*b*) Ordinem ſeſſionis tradunt citati Authores, *ſup. th. præced. lit. a.* Omnium autem ultimò Civitates ſeſe adjungũt, occupando ſedẽ (quòd enim aliquando non ſederint, id vel ob contentionem de prærogativâ, vel ob conclavis anguſtiam, ut in Comitiis Spirenſib. Ann. 1522. Comitibus idem contigit, vel etiam ob reverentiam erga Electores & Principes intermiſſum fuiſſe, clarum reddunt *dd. Authores in ſuis conſil. pag. 37.*) in duobus ſcamnis. Unum eſt Civitatum ditionis Rhenanæ, die Rheiniſch Banck; quod occuparunt hactenùs Civitates ad Rhenum, item Lubeca, nec non Wetteravicæ, Alſatiæ in Landvogteia Hagenoenſi; Saxonicæ & Thuringicæ. Alterum Suevicum, die Schwäbiſche Banck / quod repleverunt huc uſque Suevicæ & Franconicæ Civitates. *Et recenſentur à Wehnero in obſ. pr. verbo.* Freye Reichsſtätte *pag. (mihi) 178. col. 2.* Origo horum ſcamnorum indè eſt: quòd antiquitus in ſolennibus hujusmodi conventibus longa ſcamna poſita fuerunt, & cœlo ſereno æſtatis tempore ſub dio comitia celebrata. Exindè hæc ſcamnorum diſtinctio, tàm Principum quàm Civitatum remanſit *Lehm. d. Chron. lib. ult. c. 124. memb. 7.* Quo ordine autem & ſæpius confuſione ſedeât in his ſcamnis; videre eſt in ſubſcriptione Receſſuum Imp. (*c*) Ut enim tres ſunt ordinum claſſes, ita tria quoque eorundem collegia ſeu curiæ, in quibus ſinguli ſeſſionem habent I. eſt Electorum. II. Statuum ſecundæ claſſis. III. Civitatum *Obrecht. de jurisd. c. 6. n. 74. & ſeqq.*

21. In quo deliberatione habitâ (*a*) de propoſitione, ſingulæ ſua vota alternatis ſcamnorum vicibus dicunt,

(*b*) & ex majoritate concludunt. (*c*) Quódq; ita conclusum est, postea ad petitionem Moguntini (*d*) pro Electorum & Principũ sententiâ in se vel approbandâ (*e*) vel reprobandâ (*f*) explicant: Et quatenùs ritè demum in generali Imp. & Statuum concilio conclusum, subscribunt. (*g*)

(*a*) Directorium inter civitates habet illa civitas, in quâ comitia aguntur, aut si negotio non sit sufficiens, alia eligitur, quæ id laboris & honoris sustineat. Directorium qui obeunt, ut sunt Senatores d. civitatis ad hoc delecti, per unum ex suo numero, omnes propositiones, relationes tàm in hoc speciali, quàm in generali Statuum concilio expediunt, consulta in chartam conjiciunt; correctione universo suo concilio reservatâ. (*b*) quæ colligunt d. directores aut Syndicus: & quidẽ primum in Scamno Rhenano à Colonia; secundum in Scamno Suevico, à Ratisbona, & sic consequenter; suum autem votum ultimũ adjiciunt. *Alth. c. 33. n. 64.* (*c*) Quando quidem perniciosæ inciderent quæstiones, quæ sanior pars esset? tandem eò deventum, ut propter publicam utilitatem majora reciperentur vota. Itaq; per totum mundum practicari scribit *Auth. resp. Fridberg. p. 11. c. 4. vid.* Reuntinaf. *lib. 1. cl. 5. c. 8. n. 62. cum seqq. inf. th. 47. lit. b.* (*d*) *d. Auth.* deß gründlichen ber *c.* (*e*) quatenus sese gravatas non sentiunt civitates. *Lud.* Gremp *& Han.* im Lamb. *d. resp. 1.* Diesem allen nach. (*f*) Civitatum suffragio hanc vim reprobandi vel etiam verè approbandi multi non infimi subsellij viri denegant, ut videre est ap. *D. Besold. in d. disc. de jur. Civit. n. 7.* Verùm non ipsis solùm quasi possessio, quâ civitates multoties suâ dissensione sententiam majorem ordinum immutarunt: aut novitate contra suffragium eorum attentatâ subscriptionem & acceptionem recessuum detrectarunt. prout hæc deducunt *dd. Authores, dd. consil.* Sed & ratio juris astipulatur: Pari formulâ cum cæteris statibus vocantur, mit vnnd neben allen andern Ständen / helffen handlen / rathschlagen vnnd schliessen; quæ autem sub unâ determinatione reperiuntur pariformiter judicari debent. *l. jam hoc jure 4. in princ. de vulg. & pupill. subst.* Pari itidem formulâ cum cæteris statibus subscribunt, *ut constat ex subscript. recess. ibi:* mit vnserm guten wissen / willen vñ Rath / fürgenommen / geschehen / auffgericht / geordnet vnd beschlossen sind.

Quo-

Quo quid clarius & ad rei propositæ comprobationem dilucidius dici possit, videre non possum. Nam cur scientia, voluntas & consensus in cæterorum Statuum votis majorem ingererent vim, quam in voto civitatum? Sanè ut voluntas in Eleck. & Princip. est libera ad utrumque extremorum; approbationem nimirum & reprobationem: ita eadem esse debet in civitatibus: Alioquin si necessitati approbationis alligarêtur, de ipsis voluntas amplius prædicari non posset. Velle non creditur, cujus voluntas ab alio dependet. *l. 4. de R. I.* Sed & verba sine effectu contra *l. quando, ubi Dd. ff. de leg. 3* accipiuntur. Quâ ratione satius esset, ut domi manerent Civitates, & absque sumptuum impendio exspectarent, donec Recess. Imp. vel à Cæsarea Majest. vel à Principibus ad parendum ipsis transmitterentur. *vid. Authores dd. resp. 3.* ubi consulunt, ut, si sit intolerabile conclusum reliquorum Statuum, quo civitates præjudiciali quâdam graventur novitate, non adstipulentur; aut Recessus obligationem in se recipiant: quia si universitas vel collegium derogare quid singulorū tendet, nō sufficit consensus majoris partis, sed omnium concordia requiritur. *Ang. consil. 262.* (g) *vid. Paurm. 2. cap. 2. num. 20.* Omnia tandem acta Civitatum in duo reconduntur archiva: Spirense, quod loco Rhenensium civitatum est; & Ulmense quod vicem Suevici scamni civitatum tenet; & ex his tanquam authenticis necessitate postulâte instructio petitur. *Rutg. Rul. de commiss. p. 2. lib. 5. c. 4.*

22. Atque ut in universalibus (*a*) sic & in particularibus (*b*) jus Status obtinent: conventu nimirùm deputatorum, (*c*) visitatorum Cameræ, (*d*) & Circulorum imperii. (*e*)

(*a*) *Supr. thes. 18.* (*b*) In quibus à Deputatis Statuum Imperii consultatur & transigitur: quódque ita conclusum, eundem cum communi Statuum decretis obtinet valorem. *Recess. deput. de ann. 1600.* §. Solches alles vnd jedes &c. (*c*) qui à Comitiis in eo differt, quòd hic non omnes, sed certi tantum Status conveniunt, cum Cæsar. Commissario: Et in specie nomine Civitatum Scamni Rhenani, Colonia; Suevici verò Norimberga. *Recess. Imp. de ann. 1555.* §. So sich dann abermahls. Hujus locus ordinarius est

 Franco-

rapeofurtum *d.* §. So sich dann abermahls. Ex causà tamen præ-
...nti etiam alia civitas esse potest. *d. R. de ann.* 1600. §. Was und
...*el. de quo vid. Paurm. 2. cap. 2. num. 57. cum seqq. Lud. Gremp. & Hier.* zum Lamb *in d cons. pag.* 30 (*d*) In hoc omnium Civitatum nomine unus comparet legatus, *Ord. Camer. p.* 1 *til* 50. Quomodo autem in eo procedatur? quid item agatur? *v. d. tit. 50. item p. 3. Ord Cam. tit. 53 Recess. de an. 66.* §. Erstlich dieweil In der Ordnung *& ann* 1576. §. Wie und welcher massen/*Denais in jur. Cam. c.* 168. (*e*) ut essent in conveniendi difficultate communia consilia, quibus ad subitum usum crebræ de juribus inter Status exortæ controversiæ expeditiùs finirentur, *Thuan. 2. histor.* paci publicæ consuleretur; monetæ probarentur, & re probarentur: leges imperii latæque sententiæ executioni demandarentur; Imperii Status in circulos redacti sunt. *Recess. de ann.* 1500. §. Der Erste. *Recess. de ann.* 1512. §. Darauff haben wir. Ad quem autem circulum singulæ pertineant civitates? dicere anteverti. *thes.* 13. *lit. c.* deque illorum tàm generalium quàm specialium forma & processu; onere & opere *vid. dd Recess. Rutg. Rul. de commiss p. 1. lib. 5. cap. 4. num. 54. M. Stephani. 2. de Iur. part. 1. cap 4. num. 64. Paurm 2. c. 2. n. 58. Wehner. in verb.* Crayßtag.

23. Esset huc referenda & illa Statuum per quaternas familias divisio.

Quæ, quia crebrius in vitris, quam libris cernitur; quando & à quibus facta sit, per temporum nebulam mihi arbitrari non licet. Planè etiam Clariss. Cluten *in d. syll. th. 28. lit. b.* inquit: quamvis hæc quaterna divisio vetustatem quandam redolere videatur, & in oculis ac ore vulgi frequens admodum sit; idoneum tamen fundamentum nullum, quod ego sciam, habet. Per hanc divisionem erant quatuor ex Civitatibus Imperiales; Augusta vindelicorum, Aquisgranum, Metis & Lubeca. *Münster. Cosmograph. 3. c. 18. & 24.* IV. Pagi: Bamberga, Selestadium, Ulma & Hagenoa. IV. Rustici; Colonia, Ratisbona, Salisburgum & Constantia. IV. Villæ: Amberga, Orlemunda, Lichtenavia & Ingelhemia. *vid. Gold. tom. 1. Const. fol. 35. Petr. de Andlo. 1. cap. 16. Paurm. 2. c. 10. num. 24.*

DE 2. SPECIE QVAE IN IVRE SVperioritatis consistit.

24. Sequitur species altera communis (a) quæ in superioritate territoriali (b) consistit; quæ quin civitatibus competat, dubium esse non debet. (c)

(a) Supr. thes. 17. (b) quæ est summi post Imperatorem imperii & dominatus potestas, sublimi regiâq; Jurisdictionis lege, sub nomine & qualitate der Landsfürstlichen Obrigkeit: vel der Landesfürstlichen Botmässigkeit/ Landfürstlichen Jurisdiction; Landes Ober- und Herrligkeit/ Hohe Landes Obrigkeit/ Landes Herrligkeit/ quandoq; Hohe Obrigkeit; ordinario & proprio Marte concessa. Knich. de sub. terr. jur. c. 1. n. 195. Meichs. tom. 2. p. 1. Decis. 8. n. 2. fol. 799. Quod jus, quia leges nostræ civiles non determinant, etiamnū certis limitibus non est circumscriptum, moribus solùm inductum variéque usurpatum. Meichsn. d. decis num 54. (c) Baldus enim & post eum Decius consil. 18 num. 124. vol. 4. inquiunt; potestatem Civitatum Regalibus utentium in dubium vocare esse revangare mundum. Namque etiam eo ipso, quòd inter Status Imperii receptæ sunt, jura territorii ipsis competunt, Gail. 2. obs. 57. num. 7. & in tr. de arrest. c. 9. n. 1. Esse autem eas inter Status receptas, supra evictum est thes. 8. lit. a. Proindè Status Imperii nomen ipsis nō magis inutile esse debet, quàm Principibus. Claris. Cluten. de thes. 29. lit. c. Thom. Michael de Iurisd. conclus. 44. Nec enim his nudum nomen cessit, sed virtute suâ amictum venit; ornamenta ac jura sua secum trahit, D. Besold in d. disc. de jur. Civit. n. 8. Patet hinc: quòd nomen status ex consequenti importet jura territorii; ut, quia Civitates cooptatæ sunt in numerum Statuum, iis quoq; concessa videantur illius, quod habent, territorii jura. M. Steph. 2. p. 1. c. 7. n. 19. Wehner. in verb. Landesfürstliche Obrigkeit, pag. 462. Alias principalis causa est Concessio ipsius Imp. Eaque vel expressa, quæ fit aut per investituram, Wesenbec. cons. 45. num. 40. part. 1. aut per venditionem, Decius in l. debitorum, Cod. de pact. per remissionem in libertate antè habitâ, §. Nos Romanorum. de pac. constant. supr. thes. 4. & 11. item per novam donationem & privilegium, Meichsner. tom. 3. decis. 6. num. 61. aut per transactionem, ut videre est in

suspen-

suspensione Jurisdictionis ecclesiasticæ, *M. Stephani 2. part. 1. c. 7. num. 471.* Vel tacita, quæ est præscriptio: Hæc equidem concessionis vim habet, *l. fin. ff. de aq. pluv. Cothm. resp. 79. num. 72.* adeò, ut quæ sunt concessibilia, sint etiam præscriptibilia, *Cravett. de antiq. temp. part. 4. §. materia. num 97 vid. Thom Michael d. disp. conclus. 63. lit. d. & g. Clariss Brcer tract. de regal. cap. 4. num. 45. & in tract. de collect. cap. 4 num. ult.* ubi contendit: hoc jus territorii in Civitatibus non appellandum Landtsfürstliche, sed Stättliche Obrigkeit. Verùm cum hæ adjectiones Fürst, Gräff, vnnd Stättliche magis respiciant jus Status, quàm superioritatis: incommodè iis discernitur superioritas, quæ in omnibus Statibus est una atque eadem. *Gail. 1. obs 57 num. 7 vid Clariss. Cluten. d. thes. 25. lit. c. & Besold. d. discur. num. 10. & de Iurid c. 18.*

25. Circa hoc jus territorii consideramus effectus, & effectuum differentiam.

26. Quantum ad effectus; potest virtute hujus juris quælibet (*a*) Civitas Imperialis id in suo territorio, (*b*) quod potest Imperator in universo Imperio. (*c*)

(*a*) *Supr. thes. 17.* (*b*) id est, intra fines loci, quibus Jurisdictio civitatis cingitur. *arg l. ult. ff. de jurisd.* quod plerunque fieri solet fossis, limitibus &c. mit der Landtwehr / Landtgraben / Landtstein / Stattgrentz / Bezirck / Zaun vnd Boden / *Meichsn. tom. 3. decis 33. num. 71.* intra quos, quod continetur, alles was darin gelegen vnd befreyßt dicitur, Im Zwing / Bann vnd Gebieth / *Wehn. in verb.* Bann. Et regulari juris præsumptione ejusdem jurisdictioni subesse & parere creditur. *l. 1. § initio, vers quicquid intra ff. de off. præfect. Vrb. l. 239. §. territorium, de V. S.* donec doceatur exemptio vel privilegium, *Paurm. 2 cap. 8. num. 10.* tùm enim separata sunt, In einer Statt Gebieth vnd Obrigkeit vnd vnder einer Statt Gebieth vnd Obrigkeit sitzen. *Ziegler comm concl §. Landsassij num. 21* Ita in Civitatibus non paucis separatam per se exercent Jurisdictionem Monasteria; & sæpiùs in alius territorio, castra. *vid. Cephal. 418. num. 28. lib 3.* In toto hoc nunc territorio tota superioritas; & tota in quâlibet ejus parte potest exerceri, *H. Hartmanni,*

manni, 1. *obs.* 17. in omnes non solùm subditos & Landsassios, sed etiam causarum species, civiles & criminales, reales & personales, tàm petitorii quàm possessorii Jud. *d. l.* 1. §. *initio. Meichsn. tom.* *Decis.* 3. *num.* 2. (6) Concessione enim hujus juris territ. tribuitur non solùm die Hohe Landes Herrligkeit vnd Gerechtigkeit/ mit allen Gerichten/ Obrist/ mittelst vnnd nidrigst/ mit allen jhren Ehren/ Würden/ Freyheiten/ nutzen vnd zugehörungen/ *Ernest. Cothman. resp. Acad.* 1. *num.* 260. Sed etiam hodiè Regalia veniunt, *Rutg. Rul. de commiss. p.* . *c.* 18 *n.* 14. *Matthias Steph* 1. *c.* 2. *n.* 20. *Obrecht. disp. de jurisd. th.* 69. non tamen omnia, ut videre est *in Recess. de an.* 1576. §. 119. Darburch dann. *D. Henr. Bocer. class.* 5. *disp.* 11. *thes.* 55. & 56. *Wehn. in verbo* Landesfürstliche Obrigkeit. *pag.* (*mihi*) 463 Licet igitur thesis nostra omnia territorii jura suis quasi vlnis complectatur *Meichsn. d. dec.* 3. *n.* 6. ut sint iis æqualia, quæ Imperator in imperio exercet universim jure Majestatis; intelligenda tamen primò est Exclusis reservatis Imp. iis, quæ ipsius Majestatis essentiale sunt adjunctum, ut fidei obligatio, clienteláque sibi debita; jurisdictio, quæ apud eum summa est, &c. *D. Besold. in fasc.* 1. *disp. de præmiis thes.* 111. *Thom. Michael conclus.* 8. *lit. d.* Hæc namq; sunt quasi sanctum sanctorum, in quod nemo intromittitur, præterquàm solus Princeps; nec ulli alii præsertim privatis communicari possunt, *Carol. Molin. ad consf. Paris. tit.* 1. §. 3. *gloss.* 4. *n* 16. Secundò exclusâ superioritate particulari, quam vocant. *M Stephani.* 2. *p.* 1. *c.* 7. *n.* 191. Etenim hæc certos continere solet species & exempla juris illius in territorio alieno, vel per expressam conventionem, & consensum civitatis, vel ex consuetudine, aut alio capitulo singulari concessa & quæsita, *Schrader. p.* 10. *sect.* 1. *n.* 148. Quomodo hodiè Northusii, præfecturæ officium Comes de Hohenstein. Wehner. *in verb.* Vogtey. *pag.* 654. Goslariæ certa jura Dux Brunsuicensis *Clariss Cluten. d. th.* 27. *lit. e.* & Augustæ, Coloniæ, Wormatiæ, Spiræ, Sebusii, Episcopi illarũ obtinẽt. Cúmq; hęc subjectio nõ sit ex superioritatis jure ordinario, sed ex conventis & præscriptis, ex iis etiam metienda erit. *Paurm.* 2. *c. ult. num.* 31. Nec officit libertati Status aut superioritatis, cum ea salvetur in reliquis jurib. illibatis. *Sixtin. de Regal. c.* 4. *n.* 82. *vers. licet non desint, lib.* 1.

E DE

27. Quantum ad effectuum seu actuum differentiam; (*a*) Sumitur illa ab objecto; quo fiunt vel Ecclesiastici (*b*) vel seculares. (*c*)

(*a*) *Supr. thes. 15.* (*b*) Juri namque territorii seu superioritatis hodiè religionis cura annexa est. *Paurm 2. de jurisd. c. ult. num. 46 Thom. Michaelis. de jurisd. conclus. 44. cum seqq.* (*c*) *vide infra thes. 31.*

28. Ecclesiastici sunt, quod Civitas (*a*) Religionis alterutrius, confessionis vel Augustanæ vel Catholico-Romanæ (*b*) curam gerit, (*c*) tam introducendi & mutandi (*d*) quàm publicè & liberè exercendi. (*e*)

(*a*) Hic dubium est; an per Civitatem Senatus tantùm, an verò communitas tota sit intelligenda? Quod sub distinctione expediendum est: Aut enim tempore Passaviensis transactionis utriusque Relig. adsertores in civitate fuerunt cives & incolæ: & tùc utrique parti sua debet constare libertas, nulli cuiquam eo nomine molestia à Senatu vel populo inferenda. *Recess. de an. 1555.* §. Unnd nach dem aber in vielen Frey- und Reichsstätten *&c.* Aut tùm temporis non fuerunt. Et tunc jus Superioritatis concessum tenet vel solus Senatus, vel tota communitas. *arg. thes. 40. lit. e.* priori casu solius Senatus erit; ita ut, licet magna pars civium August. confessioni vel contrà Romano-Catholicæ addicta sit, ipse autem Senatus ex Pontificiis decurionibus constet, vel contrà ex protestantibus, tamen invitus non teneatur publicum religionis sibi adversæ exercitium permittere. Posteriori verò, aut Senatus, aut Communitatis: Senatus, si à populo omnis in eum translata potestas: Communitatis, si hæc cura religionis sibi reservata, aut pacto vel alio modo quæsita sit. Tota siquidem hæc controversia, quæ multos exercuit, radicem mihi videtur habere jus territorii *arg. lit. b. thes. preced.* Penes quem igitur illud est, penes eundem & hæc cura regulariter erit *vide infr. thes. 40. Frider. 1. de process. c. 31. Petr. Syring. in diss. de pac. relig. th. 41.* (*b*) *d. Recess.* §. Doch sollen alle andere. *ad quē vide Norderman in disp. de jur. principat. conclus. 30.* (*c*) *d. Recess.* §. Und wir die verordnete. *ibi:* Und deß H. Reichs freye und Reichstätte/

stätt/ *arg. Deut. 17. vers. 18. Ioh. 1. v. 8.* (*d*) *d. Recess.* §. Vnd wir die verordnete Churf. *ibi*; Vnd deß H. Reichs frey vnd Reichstätt. *&c. juncto* §. Vnd damit solcher Fried. *ibi*: bey solcher Religion / Kirchengebräuch/ so sie auffgericht/ oder nachmahlen auffrichten möchten. *&* §. Nach dem aber in vielen. *ibi*: wie hie oben *&c.* Qui sanum sensum recipiunt ex iis, quæ supra lit. a. notata sunt: ut nec cujuslibet cerebro novitatis inducendæ fenestram aperiant. Reformationis exempl. *vid. ap. Gylm. Symph. supp. tom.* 1. *part.* 1 *vol.* 2. *fol.* 211. *col.* 2. Nec requiritur ad hanc reformationem assensus Imperatoris, cum frustra precibus postuletur, quod jam lege permissum est. *l. unic. C. de thesaur.* Quæritur etiam hic; *an hac introducendi potestas eò se extendat, ut cives tranquillè & pacificè viventes, & vel domi sua religionis cultum citra scandalum & offensionem adversæ partis peragentes; vel alibi publico Relig. exercitio fruentes, ad hanc vel illam Religionem amplectendam vel ad emigrandum cogi possint?* Negatur à *Frider. d. c* 30. *& Petr. Syring. d. disp. thes* 35 *per d Recess.* §. Wo aber vnsere. *ibi*: niderthun wolten. item per causam finalem ejusdem recess. §. In solcher fürgezogener Handlung: *ibi*, solche nachdenckliche Vnsicherheit auffzuheben. Cumq; Religio defendenda sit nõ occidendo, sed monendo: non sævitiâ, sed patientia; non scelere sed fide, *Lact.* 5. *Instit. c.* 20. Ipséq; Imp. Carolus V. in Comitiis Augustanis hunc rigorem in Protestantibus improbârit. *Recess de an.* 1530. §. Item etliche Obrigkeiten haben jhren Vnterthanen bey schweren Straffen verbotten/ die Predigten deß alten wahren rechten Glaubens in oder ausserhalb jhrer Flecken zuhören/noch in dieselbige Predigt oder Kirchen zugehen. Vnd so sie darüber betretten/ sind sie vnnachlässig gestrafft worden *juncto* §. *seq.* Vnd aber solches nicht allein dem H. Evangelio vnd Göttlicher Schrifft &c. zuwider. videre ego nõ possũ: quomodo id quod per Evangeliũ & Imperatorẽ tanquàm injustum Protestantibus denegatur, contra Romano-Catholicis tanquàm justum permittatur? Idem enim utriusq; Religionis Dei verbum fundamentũ: eadem utriusq; libertas Pax Religionis esse debet. Quid a. Camera observet, *v ap Gylm tom.* 2. *lit N. mandat. de migrando.* (*e*) *d. Rec.* §. Damit auch obgerührte. *Pet. Frid. d. c* 30 *n* 7.

29. Hæc porrò exercendi cura consisti: in doctrina sua palàm profitenda, (*a*) Sacramentis administrandis, ceremoniis ac ritibus in Ecclesia sua receptis ac recipiendis

E 2 endis

endis piè observandis, (*b*) vocatione Dd. & Ecclesiæ ministrorum, (*c*) ordinatione festorum, (*d*) extructione templorum & scholarum, (*e*) Iurisdictione item Ecclesiastica (*f*) atque in his omnibus vel in totum (*g*) vel in aliquibus ex parte. (*h*)

(*a*) Sive id ore, more sive calamo fiat, *d. Recess.* §. Und damit solcher Fried *ubi* Quidni *ministri Eccl. igitur auditores suos publicè adhortari possint, ne vel ad contrariam religionem accedant, vel adversæ partis conciones in eâdem civitate frequentent?* Ait. ex §. Und damit. *ibi* Religion/ Kirchengebrauch. *&c.* Nam concesso uno, concessa quoque censentur omnia ea, quæ ex necessitate quâdam (ut est dehortatio à malo) consequuntur, sine quibus illud aliàs inutile foret. *Cothman. resp. 75. num. 40. & resp. 81. num. 4.* Aliud tamen dicendum; si summam immodestiam ac petulantem linguam eò laxét, ut contumeliosè cohabitantium civium diversum sentientium ministros concionando vel scribendo perstringat *arg. d. Recess.* §. Nach dem aber in vielen. Planè experientiâ edocti sumus; Religionem hoc modo non plantari nec extirpari. Est equidem pietatis ara conviciis inimica: & fides ex auditu est, auditus per verbum DEI, per hoc (non per convitia) operatur Spiritus Sanctus, *Rom. 10. vers. 14. & 17.* Aliud itidem: si ministri Ecclesiæ adversæ Religioni adhærentes illecebris verborum, munusculorum promissionibus, vel aliis similibus strophis, auditores nostros inescare & ad suos partes pertrahere annitererentur: siquidem & hi fractæ pacis crimen incurrant. *d. Recess.* §. Es soll auch kein Stande. ibi: zu seiner Religion dringen/ abpracticirn. & §. Nach dem aber. *In fin.* (*b*) *d. Recess. de ann. 1555.* §. Damit solcher Fried. *ibi*: Kirchengebräuch/ Ordnungen (*c*) *d.* §. Damit Fried *plura infr. th. 50.* (*d*) *d.* §. Damit Fried *Author de jur. princip. conclus. 34.* (*e*) *per ea, quæ supra lit. a.* Scholas intellige triviales & Gymnasia. Academias solus Imper. jure Majestatis fundat. *Tholos. de rep. 18. cap. 2. num. 19.* Idque eò extendi potest; quòd, si in Civitatibus utriusque Religionis civium Romano-Catholicorum numerus decrescat, non sit prohibitum etiam post pacem Relig. unum atq; alterum adhuc templum de novo addicere crescenti Religioni, &

ni. & pro numero ovium Ecclesiæ adversæ, numerum & qualitatem mutare templorum. *D. Besold. in disc. de jur. Civit. in immutat[illegible] conclus. 1.* Nam Religio vera, spectans veram DEI gloriam, tanquam genuinum scopum, in causa est, cur quam templa & ædium hujus vel illius Rel. asseclis primitus à civitatibus fuerunt concessi, Religione igitur mutatâ; & ipsa mutari conveniens est. *arg. l. 4. in pr. ff. de administr. rer. ad civit. pertin. vid. Besold. 1. fasc. disp. de [illegible] th. 14. lit. c. Et Reusner. lib. 4. decis. 7. per tot. ubi hunc passum [illegible].* Cùm quicquid conceditur ex causa secundùm illam regulari debeat. *per jur. vulg.* Imò licitum est hoc jure Transact. Romano Catholicum, aut Aug. confessionis cultum, abolere in Civitatibus, quæ utriusq; Relig. tempore pacificationis extabant: si altera pars huic suæ Religionis favori renunciavit: posse equidem id fieri, etiam ubi secundario vergat in publicam salutem: *trad. Rol. à Valle cons. [illegible] 10. vol. 2. arg. thes. 40. lit. d.* Itaque nec est, ut Civitates ex jure vereantur processus de restituendo, si eo modo reliqua decrescentis Ecclesiæ sacra antiquarunt; oportet enim, ut petitio restitutionis concludat ex medio fractæ pacis: quale in terminis præsuppositis non reperitur. Siquidem *d. Recess.* §. Es soll auch. *ibi:* [illegible] vim suam eò non porrigit, quando legitimæ vocationis studio fratres nostros errantes aut titubantes, luce & fulcro veritatis convertimus aut erigimus, *Syring. d. disp. th. 26. in fin.* Ergo igitur judicari non debent *arg. l. 4. ff. de vulg. & pup. subst.* Quid verò agendum, *si mandata de restituendo contra decernantur? v. Gylman. in Symphor. supp. tom. 1. part. 1. tit. 3.* (*f*) quæ varia continet capitula, ut illa videntur ap. *Laurent.* Ohm *de jur. Episc. thes. 28. et Dn.* Reinkingk *d. tr. probantúrque per d. Receß.* §. Damit auch [illegible]. (*g*) Si nempè in illorum possessione plenariâ fuit tempore pacificationis *d. Receß. de an. 1555.* §. Dieweil aber etliche Ständ/ *cum §. seq. ibi:* wie deren *exercitium* an einem jeden orth/ *&c.* Exceptis præfecturis, cœnobijs alijsve bonis Ecclesiasticis, quæ non ad Civitatem, à quâ tùm temporis possidebantur intercepta, sed ad alios Imperij ordines pertinuêre. *d. §.* Dieweil. *ibi:* welche den jenigen/ so dem Reich ohnmittel vnterworffen/ nicht zugehörig. *Syring. d. disp. th. 28. lit. e.* (*h*) Ex quâ nimirum dicto pacificationis tempore ad Catholico-Romanos & pertinuerunt & ab iisdem possessa sunt:

vel ad August. Confessionis socios d. tempore, aut pertinuerunt, ab iisdem possessa sunt modo præfato *sub lit. g.* aut si neutrum; ratio tamen & institutum hujus Confessionis flagitet. *d.* § Damit auch obberührte. *Ibi:* Aber in andern Sachen vnd Fällen *& ibi:* Wie deren *exercitium* an einem jeden Orth hergebracht/ vnnd sie in deren Vbung/ Gebrauch vnd Possession sind. Et de hinc est illa jurium partitio, quòd collator pontificius, A. Confess. hominem præsentatum instituere cogatur *Frider. 1. de proces. c. 29. n. 7.* Et, cum plerisq; Civitatibus Episcopi & Prælati præfuerint, ipsi etiamnùm hoc jure utantur: Nisi Civitates ex cõsuetudine, præscriptione, privilegiis, pactis, conventis, transactione & similibus titulis unum alterúmve caput juris illius obtinuerint. Nam tunc quicquid istorum cõstiterit, servandum atque sequendum; nec cuiquam jus suum vel *αὐτονομία* hac in parte auferenda, ac ne possessio quidẽ vel quasi turbanda, sed ordinariâ cognitione experiundum est. *Laur.* Ohm. *d. disp. 9. 17. lit. z.* ubi non ineleganter movetur illa quæstio: *Si hodiè Catholici cives reformatæ Religionis civitatem incolunt, in quâ una tantum A. confessio liberum exercitium obtinuit, anne adhuc dum in eos Prælato, qui eo loci antè fuit, competat jurisdictio Ecclesiastica?* Et respondetur: quatenùs prælato *ex d.* §. Damit auch berührte/ in Senatum & Civitatem nihil jurisdictionis reliquum mansit; ipsi nihil etiam Jurisdictionis superesse in hos cives. Nam Jurisdictio hæc suspensa est quoad status Evangelicos, *d.* §. Damit. eorúmq; subditos cujuscunq; sint Religionis. *d. Rec.* §. Es soll auch kein Stand den andern noch desselben Vnterthanen. Ut igitur Prælatus Diœcesanus nullam jurisdictionem in civitatum harum subditos habet: ita & ex naturâ correlativorum nullus subditus aut civis etiam Pontificiæ Religionis constante hac pace & in his terminis ejus Jurisdictionalia agnoscere potest. Correlativa enim ad paria judicantur. Auth. æqualitas. C. de pact. convent. *v. Auth.* der Donawertischen Information. *p. 1. f. 50.* §. Wo fern es nun wahr sein solte. Illud extra dubium est, in Civitatibus, ubi utraq; Religio in usu & exercitio libera viget, Senatum cõservandum esse ex personis etiam utriusq; Relig. quatenùs unius idoneæ cæteris non magis reperiantur. *d.* § Nach dem aber in vielen. Circa hoc quomodo sæpiùs peccetur, *v. Inst. Springer. cent. 41. & Christian.* Leibfrid. *in disp. Basil. de pac. Relig. 21.*

DE

30. Seculares, (*a*) sunt vel regales (*b*) vel Iurisdi-ctionales.

(*a*) *v. sup. thes. 27.* (*b*) *v. sup. thes. 26. lit. c.*

31. Regales actus sunt non solùm, qui ex tit. qu[illegible] sint regaliæ, 2. F, territorij Iuri annumerantur, (*a*) sed & si qui ex usu recepto pro talibus habentur. (*b*)

(*a*) *de quibus v. Matth. Steph. 2. p. 1. c. 7. Clariß. Bocer. in tr. de regal. c. 2. & 3.* Quandoquidem statibus cæteris Imp. cum civitatibus hi sint communes: illorúmq; argumentum sæpius in hoc loco disputatum fuerit in illis recensendis, prӕterquàm qui singularia in civitatibus admixta habent, non immorabor. I. est Senatus & Magistratuum constitutio, *de quâ inf. th. 37.* II. In condendis statutis, quatenus enim hæc imponunt civiũ juribus & reservatis, *inf. th. 40. lit. e.* enarratis sunt & ipsi in illorum constitutionem vocandi: quâ ratione pactionis & contractus indolẽ magis merentur, quàm legis, *Gail. [illegible] de arrest. c. 9. n. 7. v. Matth. Steph. d. c. 7. n. 324.* Accensentur hîc regalibus statuta, quatenùs de regalibus & ex ipsorum virtute quid disponunt: aliàs jurisdictionis sunt. *Panorm. in c. quod clericis, 9. n. 45. de foro compet. Gail. d. l. n. 1. & 2.* III. In fœderibus ineundis, Buxtorff ad *A. B. concl. 92. quorum exempla & eventus recenset Lehm. in Chron. Spir. & ex eo Dapp. in fasci. 1. disp. Besold. de Civit. c. 7. n. 4.* IV. In jure monetandi. Reservatum hoc est solius Imperatoris. *Recess. Spir. de an. 1570. §* Als dann auch / *Ibi:* Unser Keyserlich Regal. ut proinde nemini nisi privilegio ac consuetudine acquiratur, *d. Recess. & arg. l. ult. C. de nov. vectigal. inst. Bocer. in tr. de jur. monet. c. 3.* Ad quod refert Lehman. *in d. Chron. lib. 4. n. 14.* quòd antiquitùs in quibusdam civitatibus nobiles fuerint, qui sibi prærogativam, etsi reliqui cives ipsis in omnibus penè fuerint exæquati, reservarint, seq; singulari nomine die Müntzer und Haußgenossen appellitarint: quibus inter cætera privilegium monetæ ab Imperat. concessum fuit, à quo & in feudum rem eam monetariam curantes recognoverunt; at tempore procedente hæc nomina exoleverunt, & id quod antè erat horum tantùm, omni accrevit communitati Civitatum. Sic Spira jam sub Dagoberto, qui anno 647. obijt.

obiit, ex privilegio quodam Monasterio Sebusiensi dato, hoc jus obtinuit. *Lehm. d. Chron. lib. 3. c. 12.* V. in jure collectarum: quæ regale sunt; ubi vigore superioritatis imponuntur. *Bocer. d. tr. de reg. & tr. de collect. c. 1. n. 24.* quæ ad harum impositionem requirantur: *tradit Corbman. resp. 11. lib. 1. Et eleganter D Casp. Klock/in disp. de contribut.* ubi verò per modum pacti & conventionis imponuntur, regalium naturam non habent; *arg. sup. relatorum de statutis.* Fiunt plerunq; convocatione omnium civium, aut eorū qui cives in hoc repræsentant; ubi in præsentia ipsis legitur scriptura propositionis: requiritúrque eorum desuper consensus collegialis: & quidem omnium; nimirum, ubi causa finalis collectarum voluntaria est tantùm, nec publicè utilis aut necessaria, *arg. c. quod omnes. de R.I. in 6.* vel majoris partis; si causa finalis illarum est necessaria aut publicè utilis. Quod enim tùm majoribus conclusum est, minora discrepantia ligat. *Recess. Imp. de ann. 1512.* §. Es sollen *Cravett. consil. 27. in fin.* Imò & hoc casu minor pars ligat majorem. *Vincent. de Franch. decis. 2. n. 24. (b) Thom. Michaël. de jurid. concl. 46.* Ut inter alia de jure venandi testantur Dd. *Besold. 1. polit. c. 4. n. 41. Heig. p. 1. q. 15.* Unde etiam hodiè privilegij loco est, ubi libera venandi omnibus est facultas, die freye Bürsch/ *ut de Sebusio scribit Bernhard Hertzog in Chron. Alsat. lib. ult.*

DE IVRISDICTIONE CIVIT.

32. Iurisdictionales sunt, qui consistunt in exercitio plenissimæ Iurisdictionis (*a*) tàm Civilis & Criminalis, (*b*) quàm etiam Forestalis (*c*) eorúmque quæ huc ex usu pertinent. (*d*)

(*a*) Id est, quæ omnes continet actus & species Iurisdictionis. *arg. l. 7. §. ult. Ibi: plenissimam autem, cum 2. ll. seqq. ff. de offic. proconsf.* (*b*) sub qua posteriori specie etiam intelligo merum Imperium; *arg. §. Nos Romanorum, de pac. Constant.* Hodiè enim Magistratus capitis animadversioné habet jure Magistratus, i. e. eo ipso, quod illi honor hic delatus est, *Cujac. ad l. 2. § deinde cum ærarium, in verb. consulibus. ff. de orig. jur. Laurent. Kirchov. cent. 5. commun. opin. concl. 58. Wesenbec. consil. 95. n. 18. & seq.* Quomodo & olim Senatui

Senatui competiit, *in l.1. in pr. ff. de offic. ejus cui mand. est jurisd.* dum illud sc. SCto delegavit. Ex quo concludit, Clariss. Bocer. quod inter regalia hæc animadversio non sit numeranda. *class. 5. disp. 11. th. 52.* dividiturq; ex moderno usu, In Oberst/ (aliàs Malefitzobrigkeit/ Blutbahn/ Peinlich oder Halß vnd Hauptgericht dicitur) Mittelst vnd Nidrigst. *sup. th. 26. lit. c.* quandoq; etiam In Hohe vnd Nidergericht: In Hohe vnd Niderobrigkeit/ quæ posterior species complectitur Imperium mixtum & Jurisdictionẽ simplicem. *D. Obrecht. in disp. de jurisd. th. 62. Webn. in verbo.* Zent. *pag. 699. col. 1.* Quid autem quævis sit, quive cujusq; actus? *Copiosè & eleganter tradunt, Thom. Michaël. in d. disp. concl. 71. usque ad concl. 110* Item *Webner. in obs. pract. in verbis* Vogtey/ & Zent. Notandum hîc venit vulgatum illud; Daß in welches Land oder Statt der Keyser kompt/ da sey jhm das Gericht (addunt alij, Müntz vnd Zoll/ *D. Heinric.* Klock *de jur. vectig. thes. 20.*) lèdig: *Ex constit. Saxon.* Landrecht. *lib. 3. art. 56. & 1. art. 58.* §. Wann der Graff *&c.* Et quidem Romanorum Impp. ante Carolum Magnum temporibus, quibus Comites, Præsides & alij Status nudi erant officiarij etiam in multis Civitatibus, Jurisdictionémque nomine Imperatoris exercebant. *arg. c. 1. § & quia vidimus. de his qui feud. dare poss. c. unic. in fin. de alien. feud.* Imperatore præsente jurisdictiones patebant. *arg. l. judicium solvitur, 58. ff. de judic.* Verùm ex quo scissum Imperium Juráque superioritatis communicata fuère, longè alia facies apparuit; *ut notatum est supra.* Ita, ut hodiè Civitatum Jurisdictiones non sint ampliùs manuales, aut ad nutum revocabiles, prout multi blaterant, *secund. Molinaeum in consuetud. Paris. §. 1. gloß. 5. in verb. le fief num. 49. & 59.* Quo ipso tamen Imperatori non omnis in Civitatum subditos aufertur Jurisdictio: Contrarium enim esset Majestati Imp. Civibus sub universali totius Imperij territorio existentibus suo modo non posse imperare. *Heig. 1. quæst. 9. num. 26. Et constat ex Receß. de anno 1576.* §. Dadurch dann *&c.* Sed in tantùm, ut non confundat, turbet & impediat jurisdictionem Civitatibus concessam. Quandoquidem Supremi sit Principis officium; omnes omnium jurisdictiones tueri, non turbare: & unumquemque Imperij Statum in ea conditione, in quâ fuit à suo principio & origine conservare; *ut habet Capitul. Carol. V. quæ extat apud Sleidanum lib. 1.*

33. Hactenùs de ſpeciebus communibus, ſequuntur propriæ, (a) quæ conſiſtunt in privilegijs ſpecialiter datis aut confirmatis: quorum quædam Civitatibus reis, ratione primæ inſtantiæ: (b) quædam iisdem judicibus, ratione appellationis; (c) quædam ex varijs (d) cauſis alijs conceſſa ſunt.

(a) *ſup. theſ. 16.* dicuntur propriæ; quod non omnibus civitatibus, ſed ſingularibus diverſo modo competunt. *vid. Gail. obſerv 2. num. 13.* (b) Placuit Imperatori Imperiique proceribus, primarum inſtantiarum aliquod privilegium in medio eſſe, quo tuti, non ſtatim ad Cæſarei tribunalis ἀκριβοδίκαιον, abriperentur: ſed populares & amicabiles, tanquam unius Imperij membra, compoſitiones haberent; quibus appoſita, ſi fieri poſſet, placandis controverſijs remedia, pertentarent: quas Auſtrægas, die Außträg commodo vocabulo nominarunt. *Ita de his Petr. Frider. de proceß. Camer. lib. 1. cap. 16. num. 1.* Has civitates Imperiales habere inter ſe, *notat Rutterhuſ. in Nov part. 9. c. 10. num. 20. ex alleg. Ord. Camer. p. 2. tit. 1. & 5. ſeq.* Et Principem etiam civitatem Imperialem juxta Auſtrægas convenire poſſe, *putat Fichard conſil 129 quæſt. 3. part. 2.* Parciùs Gail. pleriſq; ex privilegio, vel longiſſimi temporis præſcriptione, beſondere Außträg eſſe monet *1. obſ. 1. num. 20.* Quarum cauſa, non ſtatim in Camera Imperiali, Cæſarem regulariter repræſentante, ſed coram privilegiatis illis judicibus conveniuntur. *Paurm. 2. de Iuriſd. c. ult. n. 37. D. Vult. tr. de Iuriſd. ad l. 1. C. ubi Senat. vel Clariß. n. 47.* Háſq; Civitates, quæ hoc primæ Inſtantiæ privilegio gaudent, enumerat *Petr. Frider. ad fin. lib. 1. de proceßib. membro 6.* De ijs verò, quę hoc carent privilegio, verum manet, eas in Camera ſtatim cōveniri. *ſup. th. 13. lit. b.* cum de non exceptis ſit judicandum ſecundum regulam: *per jur. vulg.* (c) De non appellando, quoq; immunitatibus multæ ſunt donatæ urbes Imperiales, non ſecus ac reliqui Imperij proceres: quas recenſent *Wehnerus tom. 6. Symphor cap. 7. fol. 227. & Frider. cit. loco.* Unde ad id trahendæ non ſunt hæ immunitates Civitatum, ut ipſis per ſtatuta appella-

 tiones

tiones tollere liceat; nam contra nihilominus, tales appellationes in Camera recipiuntur. *Gail. 2. obs. 135. num. 11. Myns. 1. obs 14.* utique si summa 300. floren. contineat *Denais. in jur. Camer. verb. appellationis summa.* Habent & Civitates appellationes de unâ ad aliam in modum consultationis; quæ dicuntur, das Zugrecht: vigore cujus sententiæ in modum consultationis aut prorogatæ jurisdictionis, feruntur: quæ tamen consultationis loca, etiam priùs sunt requirenda: aliàs appellationes in Camera non recipiuntur. *de quibus vid. Webner. in verb.* Zugrecht. *& d. tom. 6. cap. 7 in princ* (*d*) Ita Francofurtum id insuper habet, quòd ibi Electio Imperatoris fieri debet; nec alibi sine nullitate possit celebrari. *A. B. tit. 25.* nisi sc. justa causa subfuerit, ut pestis, *argum. l. 8. C. de testament.* vel alia necessitas, quæ à legis præscripto excusat. *l. 5. §. 11. ff. de nov. op. nunc. Iustus Sinolt, disput. de vicar. Imp. hod. potest. thes 32. lit. d.* Aquisgranum hoc, quod ibi coronatio prima Regis Romanor. in Imperatorem fit *A. B. tit 25. §. penult.* Norimberga, quod Imp in ea primam suam habeat curiam regalem. *A. B. d. l.* Sic & olim Francofurtum, Gelnhusa, Fridberga, & Wetzlaria eo donatæ erant privilegio, ut ab Imp. non potuerint oppignorari. *sup. thes. 18. lit. a. circ. fin.* Sic aliæ nundinarum, aliæ Academiarum, aliæ vectigalium, aliæ alio jure speciali exornatæ sunt, quæ omnia recensere ejus erit, qui illa prius viderit.

34. Tractatus secundus, quem circa libertatem occurrere dixi, (*a*) est de fine ejusdem. Vt enim Imperator suâ potestate ad Imperij, (*b*) ita Civitates hac libertate ad territorij subditorum salutem uti debent. (*c*)

(*a*) *sup. 15.* (*b*) *l. pracipimus. C. de appellat. in pr. C. de just. Cod. confirm.* (*d*) Ad hoc enim Civitatibus datum est liberè vivere: ut ita beneficijs magis quàm trophæis ad bonum regimen in suis membris invitarentur. Quâ ratione non secus, ac ad capitis arbitrium membra reliqua, in universalem totius corporis Imperij felicissimam harmoniam reducuntur, *vid. sup. thes. 4. lit. b.*

35. Hæc salus vel summa & æterna est, fruitio

nempè

nempè vitæ æternæ *(a)* vel mediatè temporalis; fruitio salutis publicæ in hàc vitâ. *(b)*

(a) Ad quam tanquam ſcopum & bravium ſupernæ vocationis perſequendum, *ad Phil. 3. verſ. 14.* omnesque aliarum rerum opportunitates, uſus & commoditates, imò ipſa etiam ſalus publica dirigenda eſt, 1 *Tim. 2. verſ. 2. D. Luther. tom. 5. fol. 68. & fol. 149. ſupr. Pſalm. 82.* Hac ratione Principis Imperium decet ſumma ſollicitudo circa vera DEI dogmata & ſacerdotum honeſtatem, *Nov. 6. in princ. l. 3. C. de SS. Trinit. arg. Eſa. 49. v. 23.* ut ita per regnum terrenum cœleſte proficiat, *argum. c. principes. 23. q. 5. Recess. de ann. 1532. tit. Concilium betreffent. in pr. fin.* *(b)* 1. *ad Tim. 2. verſ. 2.* Pro hoc fine faciat civis, quod poteſt, & cum ad hunc articulum perventum fuerit, ut huic ſaluti non niſi peccando conſulere poſſit, non habeat ulterius quod agat. *Ioh. Griphiand. in velit. polit. de Civil. ſociet. theſ. 103.* linquendus eſt enim finis intermedius, quatenùs à ſummo deviat. Ut hinc verè dici poſſit; Imperium hoc nihil eſt, quàm cura vitæ æternæ. *Rittershuſ. ad Novell. part. 2. cap. 1. num. 2.*

36. Ad hunc ſequitur tractatus tertius de exercitio, *(a)* quod eſt applicatio libertatis *(b)* ad prædictum finem. *(c)*

(a) Supr. theſ. 15. *(b)* ejus, quam *ſupr. theſ. 14.* retulimus. *(c) theſ. præced. lit. b.*

37. In quo conſideramus I. Subjectum, ſeu penes quos in civitate illud ſit & ex quibus cauſis. II. Modum, quo in illo procedatur.

38. Ex cauſis, quibus hoc exercitium in ſubjectum inducitur, omnium potiſſima eſt ex Regalibus conſtitutio Senatus.

Omnes licet probi præſupponerentur in Civitatibus, adhuc tamen imperantium & parentium indigerent diſtinctione, *l. 2. in fin. ibi: præſidem bonis & malis. & l. 7. ff. ll.* Quòd ſi enim Civitas unum membrum eſſet, ubi corpus? *Paul. 1. ad Corinth. 12. verſ. 19.*

Distinctio autem illa Imperantium & parentium est de regalibus, *tit. 26. ibi, potestas constituendorum Magistratuum, 2. F.* tùm nempè ubi à Rege vel Imperatore ortum ducit: secus, si mediatæ Jurisdictionis intuitu competat. *Knich. de jur. territ. c 4. n. 446.*

39. Hic enim fit vel ab Imperatore *(a)* vel à Civibus ut collegio Universitatis. *(b)*

(a) Hujus Senatus causa principalis post DEUM Imperator est, *arg. l. unic. in pr. ff. ad L. Iul. ambit.* Eaque vel immediata, nimirum, cum ipse Senatui hæc libertatis Jura in specie exercenda concessit. *Paurm. 2. c. ult. n. 53. arg. Aur Bull. tit. 4.* Von Rechten deß Pfalzgraffen. quot autem modis ista concessio fieri possit? *dictum est supra thes. 18. lit. a. thes. 24. lit. c. & thes. 33.* vel mediata: *(b)* nimirùm, ubi jura hæc libertatis non Rectoribus & Magistratibus, sed toti Universitati concessit, quæ postmodum seligit sibi Senatum. Certum est, hoc casu, res & jura Universitatis comparari Reip. *l. 1. §. quibus autem permissum ff. quod cujusque univers.* Quæ verò Reipub. sunt, singulorum nec pro parte quidem sunt, sed nullius in bonis esse intelliguntur. *l. 1. de rer. divis.* Et consideratio tùm semper est Universitatis, non singulorum *l. 10. §. 4 de in jus voc.* ipsaq; Universitas (licet crassè loquendo nihil aliud sit quàm homines Universitatis ut notat *Bartol. in l. sicut, n. 1. ff. quod cujusq; univers. nom.*) subtilitate & fictione juris repræsentat unam personam, quæ est aliud ab hominibus universitatis, *l. mortuo. 22. ff. de fidejuss.* Quódq; hoc casu hæc jura non penes solum Senatum sint, constat ex eo; quòd Senatus Civitates in hoc jure repræsentant, prius igitur sint in Civitate repræsentatâ, oportet; *secundum ea quæ de relato & referente tradit Surd decis. 291 n. 18 & Menoch. 2. præs. 26. n. 2.* Item quod sublato Senatu alius per cives (ubi sc. salvatur Universitas *arg. l. 7. §. 2. ff. quod cujusque Univ. nom.*) constitui possit. Indeq; originem traxisse videtur: Das auch die Burger Käys. Majestet mit Aydt vnd Huldigungs Gelibd verbunden. *vid. Frider. 1. de process. c. 31. n. 7. supr. thes. 8. lit. d.* Quod fieri negatur, si omnis illa Superioritatis libertas Senatui concessa. *Gylm. lib. 1. Symphor. tit. 3. vot. 9. fol. 244. num. 3.*

40. Atque hoc sibi concessum jus libertatis cives

sub

sub formâ (a) vel Aristocratiæ, in primarios & patricios tantum: (b) vel Democratiæ, in omnes promiscuè ex civibus, transferunt. (c) Idque vel omninò & in totum (d) vel ex parte, & reservatis sibi maximi momenti rebus. (e)

(a) Forma Aristocratiæ & Democratiæ hîc non accipitur propriè de speciebus Reipub. ut, quando apud omnes vel quosdam est ... vel ..., *Arist. 4. polit. cap. 8.* Sed pro instituto Aristocratico & Democratico, *ut accipitur ap. Arist. 2. polit. c. ...* quando partis cujuscunq; potestatis politicæ, potioris ab Imperatore vel civibus concessæ administratio, est vel apud omnes vel apud paucos quosdam *Paurm. 2. cap. ult. num. 49.* (b) Primarios & patricios dico, ne ad patricios tantùm restringatur exercitium hoc: significatio enim patriciorum strictior primariorum est. *ut videre est apud Wolf. Crauſ. in lib.* Von Stamm und Ankunfft deß Hauß Sachsens *Anno 78. Madeburgi recuso, lit. c. de origine patriciorum.* Penes hos igitur est vel dominium & exercitium hujus juris libertatis; vel exercitium tãtùm ex intentione concedentium: quæ ... eorum voluntatem proinde nec extendenda. *Bertrand. cons. ..., num. 1. vol. 8.* Id ... tantum quæsitum intelligitur, quantum forma concessionis tributum docetur *Knich. de investit. pact. part. ... cap. 1. num. 146.* Nec absurdum videri debet, exercitium competere quandoque sine juris dominio; siquidem & jus emphyteuticum constituere in re mea alteri possum, salvâ mihi manente ejusdem proprietate: licet jus illud revocare nequeam, sic alius jurisdictionem habet, alius fructus ejusdem, *l. 8. §. fin. ff. de peric. & commod. rei vend. arg. l. 66. § fin. ff. de jur. dot.* Exemplum Aristocratiæ est in Civit. Norimbergensi. *de quâ vid. Pighium in Hercul. Prodicio, fol. 88.* (c) Licet hanc libertatem Universitatis, cives inter se æquâ ratione obtinerent, *arg. eorum quæ tradit Scalig. 3. part. cap. 21.* attamen cùm tali regimine populari (seu ut dicunt, liberiori Democratiâ, *Besold. disc. de democrat. in genere c. 2. & ibi allegat.*) non ratio, nõ lex, nõ justitia, nõ æquitas; sed impetus regnaret, difficilis insuper esset propter quævis incurrentia conventus, cives consultationes de salute publica, rebus Imperiũ, statumq; cõcernentibus,

nentibus, curam item judiciorum constituendorum, rerum judicatarum exequendarum & quod omninò politiæ fuit, in certos quosdam de civibus, quos junctim Senatorium ordinem dicunt, transtulerunt. *vid. D Rutg Rul de commiss. part. 2. lib 5. cap. 4. num 44.* Cupienti nunc scire illas civitates, quæ tali regiminis formâ constent? relinquo cum Paurmeistero inquirendū: an Vniversitati vel Senatui ab Imperio immediatè, vel mediatè & aliundè sit quęsitum jus hoc libertatis. *2. de jurisd. c. ult. n. 51. circ. fin.* (*d*) In arbitrio enim Imperatoris vel Civium ut Universitatis est, quid & quantum de propriâ, vel concessâ sibi ab Imperio, Jurisdictione, & Regalibus Senatui aliisque Magistratibus tribuere velint. *Paur. d. cap. ult. num. 52.* Hocque semper ex constitutionis forma est cognoscendum. *Author. Respon. Fridberg part. 1. punct 3. num. 11.* Nullam enim tùm Magistratus habere censentur Jurisdictionem; nisi quatenùs per Statuta civitatum eis expressè reperitur tributa. *Socin. consil. 108. lib. 4.* Si igitur constat; Imperatorem constituisse Senatum, & eidem omninò concessisse hæc libertatis jura: vel ante constitutum Senatum à Civibus, eo donasse privilegio, ut is sibi haberet libertatem Civitatis, homagiumque (quod Cæsari debetur, *supr. thes. 8. lit. c.*) ejus loco à civibus reciperet: cujus rei exemplū refert Besold *in disc. de jur. Civit. in immut. Relig.* Vel Cives ipsos in statu Democratico nihil sibi reservasse, sed omnia in senatum sive temperarium sive perpetuum tanquam optimates transtulisse; fiunt illi cives merè subditi, non immediatè Cæsari sed soli Senatui juramento obstricti: *volente Gylmanno lib. 1. tit. 3. vot. 9 fol 244.* (Hujus tamen contrarium asserunt Colonienses, *Symph. tom. 1. p. 1. tit. 3. fol. 160.*) Nam eo casu Senatus in locum principis electus censetur. *Gylm. d tom. 1. part. 1. de recon. ad supplic. 1. vot. 1 num. 3.* Ejus igitur personam meritò sustinet, *Sixtin. de Regal. cap. 4. num. 89. lib. 1.* Et absq; plebe repræsentat. *Frider. 1. de process. c. 31. n. 3. & 4.* Hinc inquit Hartm. Pistoris *lib. 1. quæst. 37. num 5. ad fin.* Senatum quoque civitatis absque tribunorum convocatione de quacunque re statuendi facultatem habere, si talis sit in civitate Senatus, qui omnes ordines repræsentet. (*e*) Qualia plerunque sunt belli & pacis actiones, legum civitatis rogationes, fœdera, munerum novorum tàm ordinariorum, quàm extraordinariorum injungendorum

gendorum necessitates, alienationes rerum Universitatis & similia: quæ ad totam communitatem, den Rahte / Zunfft vnd Gemeinde/ definienda referuntur. *vid. Rauchbar. qq. Jur. Civ. quæst. 1. part 2.* Et in his casibus Civitas non aliter, quàm per hoc generale consilium repræsentatur: *arg. eorumque trad. Gaden. consil. 74. n. 1.* Tenetúrque senatus observare tales conditiones, leges & privilegia civibus reservata, ut pacta cum nondum subditis inita. *Vincent. Cabot. 2. c. 11.* imò nec postmodùm horum intuitu subditi sunt. *Alber. Gentil. disput. reg. 1. fol. 14. vid. supr. thes. hujus lit. b.* Atque hinc in talibus causis mandata Senatus subscribi non sufficit, wir Burgermeister vnd Raht/ sed insuper addendum, vnnd alle Burger gemeiniglich *Rutg. Rul. d. p. 1. lib. 5. c. 8. fol. 279.* Quomodo etiam, si ad parendum citetur, ejus procurator constituendus est. *Mynsing 1. obs. 76. & 3. obs. 18.* Hunc passum qui videre vult in exemplis, inquiret; quid & quantum Senatui ab Vniversitate concessum? *Paurmeist. d. c. ult. num. 51. circ. fin.* Ubi non leve residuæ potestatis argumentum inveniet in Civitatibus, quarum tribuni aut tribus adhuc sunt in vigore, da die alte Zunfft noch im schwang / ut Rotvvilæ, Reutlingæ &c. *D. Besold. in proximè d. disc. num. 9.* Sunt tamen & tribunorum jura servata à Senatu. Et sæpiùs Senatus jura à Civibus ita præscriptione mixta; ut initiò constituta Aristocratia democraticè, & Democratia Aristocraticè gubernetur. *D. Besold. 1. polit. n. 2.* Id quod ex possessione legitima metiendum. *Mascard. de probat. concl. 1214.*

41. Quod utrúmque fieri solet mediante juramento (*a*) de legitimè imperando, (*b*) & reverenter obediendo. (*c*)

(*a*) Quoad fidelitatem, qua Senatus & subditi, ultro citróque ad defensionem jurium utriusq; tenentur, firmiùs obligantur: *supr. thes. 12. lit. e. vid. Cravett. consil. 241. n. 7.* (*b*) quod scilicet Senatus velit promovere justitiam & fideliter administrare bona publica; quod an omnes æquè faciant, nôrit Deus & ex periuntur illi, qui sunt in Universitate tali cives & membra, *M. Stephan. 2. part. 2. cap. 2. num. 284.* Non tamen est subditi & civis prudentis requirere, ut omnes actus Senatus pendeant in æquilibrio nec quic- [illegible] G [illegible] quam

quam desit. Quod si faciant, & suos simul respiciant defectus, plerumque excusabunt, quod aliàs culpant. Nec enim optimis ii, qui nunquam omni ex parte boni sunt, uti possent. Sanè credendum, quod multi Consules & Senatores propter civium subditorum malitiam asperiores se [illegible] pro ingenio sunt, cogantur; ut hac ratione contumacia inferiorum diminuatur lenitas Imperantium. Cæterùm hìc quæritur, annè prius Senatus, an verò cives subditi jurare teneantur? Etsi in juramento certa sunt capitula conditionésque, magis est ut priùs juret Senatus. *Rheinkingk. 1. class. [illegible] cap. 3. num. 5.* Ratio est, quia, ubi subditi conditionaliter sunt obligati, oportet, ut priùs conditioni satisfaciat Senatus. *Resp. Acad. Frib[illegible] inter consil. Brunsuicensia relatum.* Formulas Juramenti infra vide thes. 47. (*c*) Hic notandum; quòd cives reliqui, qui non sunt in ordine Senatorio, pro moderatione concessæ vel translatæ potestatis censeantur, subditi senatus, vel Imperii immediati. In casibus enim supra thesi præced. lit. c. relatis, nemo Senatus, nemo subditus intelligitur, sed omnes ut immediati Imperii in iis collegii jure censentur. *arg. thes. 40. lit. c.* In casibus autem, quorum expeditio penes Senatum est in solidum, cives [illegible] pro subditis Senatus primò & immediatè; pro subditis verò Imperii mediatè & secundariò habentur. Proindè Senatui obtemperare, obedire, tributum, vectigal & alia munera seu personalia seu patrimonialia [illegible] præstare coguntur. *Frider. [illegible] de process. cap. 31. num. 5.* Nec excipiuntur Consules & Senatores sed, extra causam tamen & negotium Civitatis, & ipsi pro talibus habentur. *Frider. d. l. num. [illegible]* Pro hac igitur diversitate subjectionis diversimodè etiam jurant: Communiter autem, ubi hæc jura Superioritatis & status Universitas primò obtinuit, & post ex ejus concessione, limitata tamen, Senatus: cives eidem jurare solent: den aller Durchleuchtigsten / Großmächtigsten Fürsten / unsern aller gnädigsten Herrn / Herrn Ferdinandum; den Andern vor einen Käyser zuhalten: jhme auch getrew / hold und gehorsam zu sein: Die Burgermeister (pro officiis sc. & dignitatibus [illegible] loco consuetis) und Rahe der Statt N. bey jhren Gnaden / Freyheiten / Herkommen / Rechten und Gerechtigkeiten zu handhaben / [illegible] hold und gehorsam zu sein in allen Sachen / Was ein getrewer Burger und [illegible] ein[illegible] Ersamen Rahe zuthun schuldig. Addi quandoq; & in specie solent transactiones

inter

inter Senatum & cives initæ, pacta item & privilegia: quæ ex certa ordinatione prælegunturt civibus congregatis: ad quæ in genere jurant, getrew/ gehorsam vnd hold zusein/ vnd zuthün/ zugewarten vñ zugehalten/ nach vermög vnd Inhalt vorgelesener Ordnung/ sonder alle Geferde. *v. Maul. de homag. tit. 1. & d. Resp. Fridberg* Etiam his juramentis semper posterius modum fert ex primo; primóq; jure salvo intelligitur: nec valet, quod contra agitur. *c. veniens, & ibi Canonistæ, de jurejurando. Gabriel. lib. 6. commun. concl. lib. 6. concl. 9. n. 3.*

42. Iuramento hoc præstito Senatus à civibus pro superiori mediato est recognitus. (*a*) Vndè is nūc loco Cæsaris vel populi (*b*) Exercitium hoc libertatis suscipit; dirigendo illud in bonum Civitatis & Imperii. (*c*)

(*a*) *Gail. in tr. de arrest c. 7 n. 10. Coler. de process Execut. p. 2. c. 1. n. 23.* (*b*) *v. supr. th. 40.* (*c*) *supr. th. 34.* Neq; enim ideò inventus est Senatus in Civitate, ut qui in senatorium cooptantur ordiné, suis commodis studeant, patriciam dignitatem jactent; sed ut civium bonum quærant, eos benè regant; eorum omni tempore non tàm commoda investigare, quàm incommoditatibus mederi procurent. *supr. thes. 41. lit. b.*

43. Sequitur nunc modus, quo proceditur in hoc exercitio. (*a*) Qui consistit 1. in normâ administrationis: 2. in eo, quod illud vel pèr se vel per alios explicant. *3.* In Conservatione totius status civitatis. (*b*) & 4. in ejusdem amissione.

(*a*) *Supra thes. 57.* (*b*) *infra thes 54.*

43. Norma administrationis est lex sive jus: Idq; vel generale; ut Divinum, Naturale, Gentium & Civile Romanorum: (*a*) vel speciale, ut sunt pacta cum Civibus inita, Statuta & consuetudines. (*b*)

(*a*) *Supra thes. 13. lit. c.* (*b*) Hæc enim quasi filum Thesei sunt, & principia regulativa in Civitatibus; ex quibus Senatus conclusiones in providendo, judicando & exequendo deduci, & in quæ iterū resolvi debēt. *v. sup. th. 30. lit. a. & th. 40. lit. e.* Turpe nāq;

G 2 foret,

facet, si Senatores incedant dolo, fraude aut mendacio. Abominatur dolosum Deus, ac perdit mendacia loquentes; *Prov. 6.* Per quod tamen non negatur, quòd, si directio, quâ tùm ineundum Senatoribus, sit ejus naturae mediae, ut possit formari à fine proposito, seu ut Aristoteles inquit: ubi finis est quasi de essentia instrumenti, *1. de anima text. 18.* tùm Senatoribus sit liberum niti per obliquum, quo rectâ ire non licet. Contingit equidem saepius conflictus justitiae & prudentiae, quod Christus ipse in iniquo dispensatore demonstrat, nimirum, ut utile & justum inter se pugnent: ubi utilitas demùm moderatrix; si justum civiliter tale est, id est, non naturâ aut Scripturâ divinâ dictum. Qua ratione multa etiam jure civili contra subtilem disputandi rationem pro utilitate communi recepta sunt. Atq; in his honestatis & publici boni terminis conceditur Senatoribus, ut in arduis & praeruptis negotiis pro usu Reipubl. sciant *πολιτικῶς* se gerere ac revoluto mantelo uti, non secus ac nautae, qui portum, quem recto cursu tenere non possunt, mutatâ velificatione assequuntur. Namq; deviare melius est, quàm naufragii periculum subire. *Lazarus* von Schwenden. *in d. consil. n. 3 & 82.*

45. Modus exercitii secundò in eo consistit, (*a*) quod Senatus illud vel per se, vel per alios explicat.

46. Per se, vel conjunctim; vel separatim.

47. Conjunctim, ubi universus ordo Senatorius (*a*) rem sibi expediendam sumit. (*b*)

(*a*) Qui plerunque constat ex consulibus & Senatoribus. Consules putant exindè dictos, quòd Reipubl. consulere debent, *l. 2 §. exactis, de orig. Iur.* Illorum tamen comparatio cum veteribus Romanis, qui summum jus & Regiam potestatem habebant, *d. §. exactis,* valdè exigua est. Inter hos moderno tempore unus constituitur, quem regentem seu verbi potentem, Regierenden oder Wort-habenden Burgermeister / appellant. Qui ad ingressum officiu, praeter Juramentum quo ut subditus & Senator ante obligatus tenetur, jurare solet; der Obrigkeit / Raht vnd gemeiner Statt / dero löbliche Freyheiten / alt gut herkommen / gewonheit / Statuten, Ordnungen / Fried / Recht vnnd Gerechtigkeit / vnnd gemeiniglich alles anderes / das einem Getrewen Vorgeher vnnd Burgermeister / nach

nach altem löblichen herkommen gebühr nach seinem vermöglichsten fleiß zu handlen/außzurichten und zu handhaben/ *Auth. Resp. Fridb. p.1. concl. 6 n.85.* Senatores verò à Senatu dicuntur, Rathsverwand-ten/ Freund und Glieder. Possent pariformiter & consules ita appellari; sed quia eorum dignitas major est horum, illiq; plerunq; provectioris ætatis & prudentiæ existunt, *arg. l. ut gradatim, l. honor. §.4. ff. de muner.* appellantur illi, der alte Rath. Abit nomen Senatorum in certam speciem, quæ audit, der junge Rath: aut ab ipsorum numero, Siebner/ Zehener/ Zwölffer/ Dreyzehener/ Vierzehener/ Fünffzehener/ &c. prout hoc ex scito & moribus cujusvis civitatis apparet. Ultra juramentum subjectionis jurare solent: sonderlich einen Rath zu handhaben/ bey Freyheiten und Gnaden/ als solcher von alters herkommen/ und einem gemeinen Nutz vorzukommen *d. Auth. resp. Fridb. n.83.* (b) Ordine communiter eo observato: si in Senatu quædam proponenda sunt, Caput vel Præses, der Regierend Burgermeister oder Ammeister/ partium querimonias audit, supplices libellos excipit, Senatum cogit (aut si ille desit, senior, vel ejus antecessor, convocat. *v. Tiraq. in pr. de jur. primogen. n.119.* per campanæ sonum aut præconis vocem, *v. Conrad. Lancell. de decurion n.34.* Et si fortè Senatus citra hanc convocationem congregatus sit, rectè nihilominus congregatus dicitur: obtento enim fine, frustra de mediis curatur. *l. 2. C. de decurion. l.5. c. de legat. Cravetta cons. 4. tom.1.*) tractanda proponit, ac superiis votum collegarum exquirit; quorū quisque uti dignitate vel authoritate præstantior est, ita priori vel posteriori loco dicet sententiam, *l. 1. in fin. ff. de alb. scrib. l. 6. §. privilegiis. ff. de decurion.* Quamvis non improbandæ essent curiæ, in quibus juniores vel inferiores primi suffragium ferunt; ita enim eveniet, ut illi non formident declinare à sententijs majorum. Votis autem hoc illove modo collectis, quod major pars constituit, obtinet; sicq; sententiæ potiùs numerantur, quàm ponderantur. *Lancellot. d. l. n. 49.* Qui modus licet periculosus sit, jure civili est conformis. *l. quod major pars. ff. ad municip.* imò necessarius, Nam

Cuique suum caput est, ut pileus, improbat Hermes,
Approbat Hermannus, nec idem placet omnibus unquam.

v. sup. thes. 21. lit. e. Hæc verò suffragia in ipso consessu Senatus inconvenire abesse est, alioquin non profecerit, collegas seorsim consequi

 sentire:

sentire omnes & vota ferre. *Sichard. in C. de rescind. vend. n. 4. arg. l. 2. C. de decurion. lib. 10.* adeò ut non sufficiat ratificatio, cum à principio nullum sit. *D. Henric.* Klock. *in disp. de jur. vectigal. th. 13. lit. c.* Quæritur, quid tum habendum, si major pars abfuerit, & Senatus ad paucos redierit? Et hos procedere posse, concluditur *ex l. 7. §. 2. ff. quod cujusque univers. & c. cum à nobis, de Election. item l. 22. §. 1. ff. de fideicom. libertat.* in tantùm, ut etiam in arduis rebus curiales absentes, à civitate, terrâ, villa, & castro non necesse sit convocare. *Trentacinq lib. 1. tit quod cujusque univers. nom. resol. 1. à pr.* Quid si sententiarum discrepantium par numerus sit? *v. l. 38. ff. de re judic.* Quæritur ampliùs: *anne totus hîc Senatus tanquam suspectus recusari possit?* Et si ipsum caput, à quo cæteri dependere solent, vel totus Senatus per se de causis justis suspectus sit, totus recusari poterit. *Alexand. Raudens. decis. Pisan. 105. confer Gail. 1. obs. 33.* In dubio tamen Senatus, utpotè in quo multi sunt viri cordati & graves, recusari non debet, sed qui in eo suspicione laborant, removendi sunt *Ord. Cam. p. 1. tit. 6. Reces. de an. 1559. §.* Da aber hinfürther. Utuntur in hoc Senatu ut plurimùm opera consiliariorum: quorum prudentia suæ naturæ lacunas explent. Quamvis enim quod futurum est ignorent, quod tamen præteritum est sæpiùs aliorum bonis malísve didicerunt, & ex eo de futuro judicare nôrunt. Quod si tamen consilium finem non semper adipiscatur ex accidenti, nimirum propter rerum humanarum vicissitudiné, quas fortuna arctat, rotátq;, ut lubet; nihilominus officio suo functus dicetur, si fecit, quod debebat, neq; per eum stetit, quo minus voto suo potiretur, *l. 1. §. unde quærit filius, ff. de exercit. act.* ita multi sæpiùs lachrymas colligunt, ubi lætitiæ semina jecisse se credunt. Utuntur deinceps Secretarijs, apparitoribus & similibus, qui ad Judicij constitutionem requiruntur. *de quib. D. Bocer. clas. 6. disp. 3. & seqq.*

48. Separatim; quando Senatus libertatis jura exercenda committit, ex ipsorum ordine vel pluribus in vim collegij, (*a*) vel uni aut pluribus in rationem officij. (*b*)

(a) Exempla hujus rei ubivis sunt obvia, comprimis verò in laudatissimo hujus Civitatis Argentoratensis regimine, *ut videre est* in der verbesserten Ordnung eines Ehrsamen Raths der Statt

Straß-

Straßburg/ von Gerichten vnd gerichtlichen Processen/ *de an.* 1612.

(*b*) Exinde quidam publicis tabulis præsunt, census & alias civitatis oblationes colligunt: locorum & viarum communionem, renovationem, ædificationémq; & quæ extra urbem fiunt, fieri ve debet, curæ habent: quidam telonio & molendinis, pharmacopoliis, domui tributariæ & monetariæ præfecti sunt: quidam nocturnarum vigiliarum inspectoris, clavium portarum custodis, quæstionum judicis, morum magistri, præfecti annonæ, ædilis cerealis, aliarúmq; rerum venalium ad vitam necessariarum curâ funguntur. *l. fin. §. [illegible] ff. de muner. & honor.* Ut hæc plenius in cujusvis civitatis instituto deprehenduntur. *v. Tholos. 4. de rep. c. 19.*

49. Vel per alios. (*a*) quibus nimirùm extra Senatum constitutis certa libertatis jura expedienda committuntur. (*b*)

(*a*) *sup. thes. 45.* (*b*) Intra illa igitur etiam se continere, *l. 5. l. 41. & l. 46. ff. mandati.* & prout bona fides, naturaque concessi juris postulat, se gerere debent *l. 11. l. 13. & l. 21. C. mandati.*

50. Vt sunt in statu Ecclesiastico Pastores & Dd. Ecclesiæ.

(*a*) Senatui non convenit interiorem hominem informare prædicatione verbi; aut eidem servire administratione Sacramentorum; sed tantum exteriorem in ordinem compellere: fovere ejus est, atq; in sinu gestare non pascere oves; ut ita DEO sua Authoritas, sua lex verbo, sua dignitas Ecclesiæ conservetur. *c. cum ad verum. dist. 96.* Curam proinde vocationis ministrorũ Senatui supra asserui, *th. 29. lit. c.* cum Jurisdictione scilicet & ordinati confirmatione. Quæ ipsa tamen non tantò ad cives quoad consensum & approbationem etiam pertinet *Arnisæ. Cothm. resp. 42. n. 56. arg. thes. 28. lit. a.* Cætera verò, quæ consistunt in doctrinæ probatione, examinatione, confirmatione & ordinatione, Pastoribus ut à DEO cõmissa relinquuntur. *Dn. D Mentzerus in Exeg. A. Conf. art. 14.* Atque his Senatus protestantium Civitatum, cum quibusdam ex suo ordine, solent committere causas Ecclesiasticæ curæ & Jurisdictionis: *Matth. Stephanus p. 1. c. 1 n. 32.* qui dicuntur consistoriales à consistorio, vulgò dem Consistorial oder Officialen Gericht/ Geistlich oder Kirchen-

Ti.

Gericht

Gericht vnd Censur. Sicubi tamen peculiaria consistoria non sunt, solet Senatus ad expediendum causas præfatas etiam vocare pastores, aut eorum judicium exposcere.

51. In statu politico. I. Collegia opificum & aliorum.

Communis enim utilitas plerisq; in civitatibus effecit, ut Senatus officium suum, quod causas, quæ ad artem vel professionem opificum & aliorum pertinent, concernit, ipsis artificibus, &c. collegij jure commisit dijudicandas & tractandas. Indéq; ad probationem, collegium tale à Senatu esse institutum, requiruntur literæ fundationis à Senatu datæ *c. porrò Extr. de privileg.* Ex quibus pariter æstimatur; quam latè ipsorum pateat potestas: *Hondedeus cons. 57. n. 61. vol. 2.* Si verò literas tales non habeant, sit tamen ipsis area communis, *l. 1. ff. quod cujusque univers.* proprium sigillum *c. significavit. 48. de appellat.* & locus publicus, in quo negotia tractant; tum collegium eorum consuetudine inductum censetur. *Dd. in c. tertio loco. de probat.* Et regulariter potestas & Jurisdictio illorum restringitur, I ad personas illius artificij & professionis cujus collegiũ est, *l. fin. C. de Iurisdict.* Indéq; ejus Jurisdictionem etiam nemo illius artificij declinare potest, besonder muß sich vor die Zunfft stellen/vnnd alldar Rechtens erwarten. Nisi priùs conventus fuerit coràm Senatu ejusdem Civitatis. Nam ab ejus Jurisdictione nemo civium per hancce collegij Jurisd. censetur exemptus: sed propter concurrentẽ, quàm habent Jurisdictionẽ, datur locus præventioni. *Coler. de proc. Exec. p. 2. c. 1. n. 44.* II. Ad causas & negotia civilia, & quidem ea, quæ ad artificium & professionem illius collegij pertinent. *Obrecht. de jurisd. c. 6. n. 96.* In his causis collegio etiam, coercitio & per consequentiam pœnæ impositio concessa intelligitur. *arg. l unic. in pr. ff. si quis jus dicenti non obt. & l. fin. ff. de offic. ejus cui mand. est jus.* Item jus formandorum statutorum, quatenùs vergunt in collegij, non verò aliorum præjudicium, *arg. l. si unus. §. ante omnia. ff. de pact. Schneidvv. in §. constat n. 15. Inst. de I. N. G. & Civili.* Hinc reprobatur statutum: ut, quod unus cœpit, alteri perficere non liceat: daß was einer in der Zunffe angefangen / der ander nicht außmachen dörffe. *per l. unic. C. de Monop.* Item societas, quâ annona carior efficitur. *l. 3. in fin. ff. de feriis. Clariß. Bocer. clas. 2. disp. 5. thes. 6.* sed

de his

de his & formâ procedendi in his collegiis vide omninò *M. Stephani 2. p. 2. c. 8. & Besold. 1. Fasc. disp. de Univers. th. 18.*

52. II. Syndici.

Cum Senatus non sine jactura rei familiaris, nec ullo majori proventu Reipubl. convocandi essent, cœperunt sibi constituere officiales, quibus negotia quædam publica curanda demandarunt. Inter illos autem præcipuus est Syndicus, actor sive defensor civitatis, ut appellatur *in Nov. 15. ex l. 1. §. ult. ff. quod cujusque univers.* Hic enim à Consulibus & Senatoribus, von Burgermeistern vñ Rathsmännern/ absq; aliorum civium interventu constituitur: nisi ad eosdem civitatis gubernatio & rerum ad Rempubl. spectantium administratio simul pertineat. *Mynsi. 1 obs. 76. vid. sup. th. 40. lit. c. & Clariss. Bocer. class. 6. disp. 6. thes. 17.* ad hoc, ut actiones ipsi universitati competentes intentare & movere possit: imò & defendere. *l. 18. §. 13. ff. de muner. & bonor. de quo plura Rutg. Rul. de Cõmiss. p. 1. lib. 5. c. 8.*

53. III. Administratores (a) & officiales alij. (b)

(a) Sunt, qui bona civitatis tantùm administrant, unde etiam curatores rerum civitatis dicuntur in *l. ult. ff. de off. adsessor.* & à Syndicis distinguuntur. Suntq; pro rerum & munerum Civitatis varietate varij, *ut videre est sup. thes. 48. lit. b* Et in eo, quod civitatis bona possunt intelligi tàm de ijs, quæ sunt in Civitate Jure Naturali & gentium Communia: quàm de ijs, quæ Jure Civili in patrimonio Civitatis vel ita sunt; ut usus etiam eorum intuitu civium sit publicus, v. g. Theatra, Spatia publica, &c. Allmenden vnd Waiden/ &c. *arg. §. 6. Inst. de R. D.* vel ita; ut usus eorum ad singulos non pertineat cives, sed in totius corporis utilitatem convertatur, dicuntur einer Statt sonderbare (ut illa allgemeine) Güter vnd einkommen. Possidentur & administrantur jure privatorum. *Wesenbec. in pr. n. 3. ff. de R. D.* Imò de bonis etiam singulorum privatorum: quandoquidem & hæc ratione Jurisdictionis & Legitimæ administrationis ad Senatum pertinent, *arg. l. deprecatio. ff. ad L. Rhod.* qui in ijs Civitatem repræsentat. Quibus & ipsis eo modo, quem ante de Syndicis induxi, officium demandatur, Idq; sub certâ plerunq; juramenti formulâ, *Nov. 8. in fin.* quod dicitur Juramentum assecurationis, Räth/ Ampt vnd Dienstpflicht. *Gail. de pign. c. 15 num. 3.*

H *Thom.*

Thom. Michaël de Iurisd. conclus. 57. Illi verò vel Civitatem repræsentant, vel ejus bona tantùm administrant: ut declaratur hoc in quæstione: *Utrum civitas, si administratores ejus mutuam pecuniam acceperint, obligetur?* Et Resp. aut tales erant administratores, qui civitatem tantùm repræsentarunt, aut tales, qui illius bona tantum administrarunt. Priori casu obligatur civitas, *Gail. de arrest. cap. 9. num. 2.* Cum enim hi ex mandato ipsam civitatem repræsentent, æquum est, ut quod ipsi fecerunt, civitas fecisse credatur. *argum. l. quod semel. C. de decret. ab ord. faciend. l. si in quibus. l. si rem. de pign. & hypoth. Hartman. pistor. quæst. 37. num. 5. sub fin.* Quia tamen debitum universitatis non est debitum singulorum, sed communitatis. *l. 2. in fin. ff. quod cujusque universit.* Idcircò communitas & communia bona pro eo debito vexanda sunt, non personæ singulares. *Coler. de process. Execut. p. 2. cap. 3. num 356. ubi num. 355.* idem in fidejussione & aliis obligationibus obtinere dicit, cum Mascardo *de probation. concl. 1165. n. 17. 18 & 22.* Et procedit hoc distinctionis membrum etiamsi de in rem verso non constet; non enim præsumuntur administratores, quòd præjudicare voluerint civitati, *arg. c. nisi essent. de præbend.* Si tamen præjudicent, sibi id imputet civitas *text. in l. 1. §. unde quæritur si sum ff. de exercit. act.* Posteriori casu verò non aliter, quam si administrator speciale mandatum à Senatu aut communitate ad hoc habeat. *Gail. d. c. 9. n. 3. & 6. Trentl. p. 1. disp. 20. thes. 5 lit. d* aut de pecunia in usus publicos erogatâ constet, *l. civitas ff. de reb. credit. Novell. 120. cap. 6. §. 3. Trentl. d. thes. 5. lit. c.* Quatenus non constat, (sufficit tamen semel utiliter collocatum esse, *Mascard. de probat. concl. 1166. n. 8.*) soli, qui contraxerunt, tenebuntur, condictione ob causam dati causa non secuta; non ex mutuo, quod inter illos contractum non est *arg. l. 19 de reb. cred l. 1. § 1. de pact.* Ut autem de fidelitate administratorum etiam per effectum constet evidentem, tenentur senatui, aut iis à quibus constituti sunt, rationes reddere commissæ administr. non secus ut alienæ rei tutores, socii, negotiorũ gestores, &c. *l. 2. de administ. rer. ad civit. pertin. Menoch. 2. de arb. jud. quæst. cas. 209. n. 1. & seq.* adeoque rerum, redituum & negotiorum fidei suæ commissorum nomine conficere tenentur inventarium, quod caput rationum esse dicitur, *Bald. in l. 1 ff. de off. &*

admin.

admin. tut. alioquin in dolo esse præsumuntur, & contra illos in litem jurari poterit. *l. in actionibus, ff. de in lit. jur.* Ut præter id, quod interest, jurejurando in litem taxandum & petendum, etiam in quadruplum conveniantur. *l. excellentia. C. de erogation. militar. annon. lib. 12.* nimirum ob dolosam contrectationem, si illa intervenerit. *l. si quos, C. de offic. præfect. prætor Orient Frider. 2. de mand. c. 15. n. 20.* Nec tantùm tenentur de facto suo proprio, sed & collegarũ & subcuratorum, *l. 30. ff. de negot. gest. Pet Heig. p. 1. q. 20 n. 10.* Quod si igitur calculatores deprehendant, rationes non juridicè & legitimè esse editas, contra administratores proceditur summatim & executivè. *l. hi qui. C. de convent. Fisc. debitor. Bald. in l. 2 n. 1 C. quand. fisc. vel privat.* etiam ad remotionem ab officio, *l. 2. §. quod de frumentaria, ff de admin. rer. ad civit. pertin.* Nec in his rationibus fit compensatio damni provenientis ex culpa publici administratoris, cum lucro proveniente ex lege vel cõsuetudine, licet provenerit propter ipsius contractum: sed tantum cum proveniente ex contractu & diligentia ipsius administratoris. *l 11 ff. de usur.* Sed de his rationibus, calculi errore, & correctione *vid. M Steph. 2. p. 2 c. 2. n. 185 & seqq.* (*b*) ut videre est *sup. thes 48.* Potiùs autem eligendi officiales sunt de corpore Universitatis aut Civitatis, quàm exteri; cum meliùs censeantur scire mores & consuetudines ejus civitatis, ex quâ sunt oriundi. *Mynsing. 4 obs 30.* Atque aliàs etiam ad defensionem patriæ cogi possint. *D. Besold lib. 2. polit. c. 8.*

54. III. Modus in conservatione totius Status Civitatis consistens, (*a*) versatur primario (*b*) circa Civitatem dominantem & subditam.

(*a*) *sup. thes. 43.* (*b*) Sunt equidem plura hujus conservationis subjecta: sunt & plura Senatorum quàm conservationis officia. Nam non tantùm agit Senatus: quomodo Civitatem jam constitutam conservet & in eodem statu retineat; sed etiam, quomodo augeat, aut in pejus prolapsam restituat. Sed enim, quia primaria illa conservatio nonnihil singularitatis alit: cæteræ verò considerationes ex generali politicâ jureq; publico hauriendæ sunt; eas hîc elabi patior.

55. Circa Civitatem dominantem in eo: quod Se-

H 2 natus

natus (*a*) in locum dis[illegible]entium (*b*) eligit (*c*) personas idoneas (*d*) eásq; juramenti religione adstringit in bonum Civit. (*e*)

(*a*) Non rarò tamen à tribubus præsentantur eligendi, ita ut & illorum aliqua circa hoc potestas appareat proinde, hic leges, statuta & consuetudines cujusq; loci observentur, *l. 6. ff. quod cujusque univers. sup. th. 40. lit. e.* (*b*) 1. propter mutationem regiminis, quæ statis temporibus quibusdam in civitatibus fieri adsolet, 2. Morte, *§. 1. Inst. quib. mod. patr. potest.* 3. quod ignominiosè ordine moti & relegati fuerunt *l. 15. l. 17. § in quæstionibus. ff. ad Municip.* aut Criminum capitaliũ reixistant, *d. § in quæstionibus.* 5. quod alium magistratum sustinuerunt, *d. l. 17.* 6. turpibus lucris & vilissimis artibus occupari cœperunt, *l. 12. §. fin. C. de cohort.* aut 7. arcana in damnum & detrimentum civitatis revelarunt. *secundum Bald. ad l. fin. in tit. de pac. tenend. Zas. in tr. feud. p. 10 n. 39.* nisi ex bono animo & non ex dolo fecerint. *M. Stephani, 2. p. 2. c. 2. n. 207.* (*c*) Sua sunt solennia cujusvis civitatis circa hanc electionem singularia, ex pactis & conventis civiũ potiùs haurienda, quàm ex generalibus regulis Authorum delineanda (*d*) Non enim cuilibet dignitatũ portas debere esse patulas, docent Impp. *in l. 6. C. de dignit.* Regulariter autem adsumi in Senatum possunt, qui non prohibentur. Prohibentur verò vel naturâ, vel moribus, vel lege *l. 12. ff. de judic.* Naturâ mutus & surdus, *d. l. 12.* id est, qui eloqui nihil potest, & qui omninò non exaudit, *§ 3. Inst. quib. non est permiss. fac.* perpetuò furiosus, *l. 39. & 46. ff. de judic.* Cæcus, *l. 8. C. de decurion.* Impubes, *d. l. 12.* Minor 25. annis, *Iure Civili, l. 8. de muner. & honor.* Jure consuetudinario non prohibentur, ubi virtute & prudentiâ ætatem suam anteveniunt. *Besold. 2. polit. cap. 3. num. 4.* Moribus, Fœminæ, *d. l. 12.* Est enim contra honestatem muliebrem, cum viris magistratibus se immiscere. *arg. l. 1. §. sex. ff. de postul. vid. Camill. Borellum lib. 1. de Mag. Edict. cap. 2.* Servi *d. l. 12.* Lege, infames sive facto sive jure, *cap. 88. de R. Iur. in 6. & l. 2. C. de dignit.* Usurarij, *l. 20. C. ex quib. caus. inf. irrog.* (quid enim justitiæ, quid æquitatis, quid fidei ab his, qui omnia venalia exponunt, qui muneribus vulturum instar inhiant, expectandum?) Banniti, excommu-

communicati, & aliâ infamiæ [illegible] inhonestati *Iul. Clar. quæst. 71 n. 12. Borell. c. 11. lib. 1. de Mag. Edict. v. supr. lit. b.* Adhuc tamen Senatus, quia ab ejus incolumitate salus, & incolumitas Civitatis dependet *Arist. 4. pol. c. 15.* & inter eos, qui non prohibentur, maximè idoneos eligit. Non enim ex quovis ligno fit Mercurius, nec ex quolibet marmore Jovis statua. Materia licet adsit, non tamen sufficit, nisi apta sit & habilis. *arg. l. 1. §. pen. ff. de rivis.* Nimirùm, qui pietate clarent & probitate; cum enim alios regere & actionibus eorum modum imponere velint; æquum est, ut rectum de DEO sensum, rectamque in actionibus vitæ normam sciant ac sequantur. Sint secundò justi, modesti & prudentes *v. l. fin. C. ad L. Iul. repet.* prout requirit etiam Statutum Friburgense, das sie zur Weißheit/ Frommigkeit/ Gerechtigkeit/ Redlichen/ Friedlichen und Sinnlichē geschickt und geschen/ und solche Statt der Ehren zubesitzen tüglich seyen. *Ref. Fribb. p. 1. punct. 9 n. 38.* Ut verò de his virtutibus Senatui certò constare possit, nec quis vitia malè tecta pòst in Senatu cum damno Civitatis manifestet, solent eorum mores & vita probari per tribuum officia & dignitates, & ex iis demùm evehi in ordinem Senatorium. *arg. l. fancimus 6. C. ad L. Iul. repet. Nov. 161. c. 2. in pr.* Ubi itaque omnibus tribubus conveniunt, adferentes suas virtutū, opificii & artis particulas, quæ simul collatæ unam aliquam excellentem virtutem efficiunt, quâ demùm civitas in omnibus civilibus rebus, sive virtutis sive artis & opificii fuerint, optimè gubernari potest. *arg. Proverb. c. 11. vers. 15.* Ut enim aliis virtus in rebus opificiis, sic contra aliis res opificii in rebus virtutis obest: hæc in pluribus commixta temperamentum quoddam utile & gratam mediocritatem pariunt. Annectam hic quæstionem illam: *An quis à Senatu ad acceptandum publicum officiorum & magistratuum munus cogi possit?* Et affirmatur in iis, qui vel magnitudine & mole laborum, vel invidiâ & malâ gratiâ civium deterriti refugiunt Reip. administrationem, ad quam præ reliquis idonei apparent. *l. 9. l. 17. & l. fin. § 14. ff. de muner. & hon.* Negatur tamen in casibus, ubi aut sola illius, qui eligitur versetur utilitas, *arg. l. invito, ff. de R. I. Gloss. in l. solvendo ff. de negot. gest.* aut legitimum impedimentum obstet. *Bald. in l. si puter. C. si pend. appell.* Quale tamen non est neglectus proprii commodi: cum publ. utilitas privatæ anteferenda. *Auth. res quæ C. commun. de leg.* Estque hic tenendum: quod, si plures ad-

sint, qui quoad virtutes prædictas in pari passu ambulare videntur, tùm de cæteris & externis conditionibus sit dispiciendũ; ut I. præferatur sciens literas omnibus, qui harum cognitione carent; nisi longævo rerum tractandarum usu & hi aliquam sibi compararint peritiam, quâ sciens literas careat. *arg. l. 17. Cod. de judic. l. 6. Cod. de Decur.* vel nisi militaribus, architectonicis, aliisve officiis, quorum cognitio in usu potissimum consistit, præficiantur. II Originarius peregrino: *arg l. fin. Cod. de offic. prat. supr. thes. 53. lit. b.* III. Dives pauperi; divites enim præsumuntur amantiores patriæ; quia ex interitu ejus plus perderent, quam pauperes. Aliàs paupertas non est de genere malorum, Armuht ist kein schand/ *inquit Gail. 2. obs 95. num. 2.* sed dignitas quæ in eâ fundatur, est tanquam fides sine operibus *Reisner. lib 3. cons 73. num. 73.* & eques sine equo *vid. Zas. cons. 20. num. 7. lib. 2.* IV. Stemmate nobiliores vilioribus: puta tamen me non loqui de iis qui virtute carent, & genus tantum jactant suum; aut qui ad mensam præliantur & de acie garriunt, quamvis sint fugacissimi, *H. Kirchner de legat. 1 cap. 4 n. 41.* sed qui parentum vestigiis insistunt: ita enim naturæ jure, jure & virtutis propriæ meritò dignitatem hanc assequuntur. *Menoch cons. 51. n. 24. & cons. 126. n. 18.* V. Legitimè nati Spuriis, *l. 5. ibi: splendori publico ff. de muner & honor. l 3. §. 2. ff. de decur.* VI. Extranei Senatorum cognatis; jure quidem Civili pater filius & plures fratres possunt esse simul in concilio civitatis & alter alteri potest dare vocem suam & suffragium, *l. 5. & 6. ff. quod cujusq; Univers nom.* At consuetudo quibusdam in civitatibus aliud induxit. *Matth. Steph. 2. de jurisd. p. 2. c. 2. n. 276. cum seqq. (e) supr. th. 47. lit a. & th. 41. lit. b.*

56. Circa subditam verò in eo; quod in discedentium civium locum alios surrogant.

Fit surrogatio hæc aut nativitate, Eáq; vel paternâ & maternâ simul, *l. 1. §. 2. ff. ad Municip.* vel paternâ tantùm *d. l. §. 2. & l. 38. §. 3. eod. tit.* vel ex privilegio maternâ tantùm *l 22. §. 61. Cod. de decur. d. l. 1. §. 2.* Hinc & hodiè quis in quibusdam civitatibus civis efficitur, ubi uxorem ducit. *Vincent. de Fran. decis. 516. n. 15.* Quadrat hoc etiam ad spurium seu vulgò quæsitum; is enim non patris sed matris conditionem sequitur, *l. 1. in fin. l. 24. ff. de stat. hom.* nisi per consequens matrimonium aut rescriptum Principis fuerit

legi-

legitimatus; tunc enim patris o[illegible] accipiet. *Gumpelsheimer. apud Arumaeum disc. de Civitat. v. fol. 2[illegible]. vol. 2.* ut adoptione, *l. 15. §. ult. ff.* ad Municip. Aut allectione. *l. 7. Cod. de incol.* dum certa pecuniae taxâ comparatur jus civilitatis das Statt- vnd Burgerrecht. Passim in Germaniae Civitatibus ex consuetudine & statuto introductum est, das man das Burgerrecht in Jahr vnd Tag empfangen muß. *Gail. 2. obs. 35. n. 8.* & ne diutius anno ferantur advenae, nisi jura Civium, Einzug / Einstandt / Auffnam / Auffzuggelt redemerint. *Petr. Wesenb. c. 1. n. 15.* Senatus etiam Juramentum obsequii ab omnibus istis novellis civibus exigit, quo debitam obedientiam & morem se gesturos pollicentur. *Knichen. de jur. territ. vide Wehner. in verbo.* Burger. Sunt & alii in Civitatibus; qui in iisdem jus vel domicilii vel hospitii habent. Illud incolas, hoc peregrinos efficit. *l. 2. & 3. C. de incolis.* Incola à cive differt, quòd jura Civitatis non habet. *l. 7. C. d. t.* à peregrino autem; quod is larem & domicilium cum omnibus habitationis commodis in civitate habet. *l. 17. ff. ad municip.* hic verò praeter hospitandi & transeundi commoditatem nihil. De jure Incolarum *vide Gail. 2. obs. 35.* & de jure peregrinor. *Dn. D. Joh. Georg. Bechtium in disp. de securitate & Salv. cond. th. 30. & seqq.* Quaeri hic posset de Nobilibus qui domicilium suum non mutuo[illegible], *sed larem & summam rerum suarum ac fortunarum, in civitatibus constituerunt, anne & illi cogendi ad redimenda Iura Civium?* de quo meam sententiam in ipso disputationis conflictu adaperiam. Interim *vid. Bidembach. in nobil. quaest. 18. & Besold. in discurs. de ordin. Equestr. In Imp. Rom. th. 5.*

57. Esset nunc dicendum de causis & modis quibus libertas ita acquisita & conservata diminuatur & evertatur. Sed enim, cùm institutum meum fuerit, disputare potissimum Civitatum singularia; haeque causae & modi secundum varias & communes cum Statibus aliis, libertatis species, varii & communes sint: videri proindè possunt apud Author. sub quibusvis articulis allegatos. De exemptionis modo, *quaedam vid. supr. thes. 18.* De banni autem poenâ *v. Gail. 2. de p. p. c. 9. n. 24.* Quâ si afficiuntur civitates, privilegia, jura omnesque libertates amittunt, *A. Bull. tit. 1.* nec impetratâ à Principe gratiâ recipiunt privilegia, nisi plenariè restituantur. Quod tamen secus est, si à Tyrannis vel ab hostibus occupentur *Gail. 2. obs. 61.* Si enim vitam & Spiritum recipiunt, redeunt unà in

priscam

priſcam privilegiorum poſſeſſionem. *Victor. de cauſ. exempt. concl. 17. Sed de hoc paſſu vide omnino Gailium, 2. obſ. 61. & 62.* Atq; hæc omn. diſcendi & veritatis indagandæ cauſa à me Academicè, ſalvo omnium ſaniorum judicio, propoſita cupio, in eâ methodo, quam res potiùs ipſa, quàm doctrinæ regula expoſcit. Quamobrem, qui in eâ quid deſiderant, ſibi proponant illud elegans: λέγε πρακτικῶς, καὶ πρᾶττε λογικῶς.

Sic Deus, ô celſi Rex atque habitator olympi
Gratia ſit ſoli, Laúsque decúsque tibi.

Προσφώνησις

AD

PRÆSTANTISSIMUM Dn. CANDIDATUM
Affinem & Conterraneum chariſſimum.

HActenus aſſiduus fueras (RES, FAMA loquuntur)
Aemulus & Cultor Juris & Aonidum;
Hinc calamo docto vulgas, hinc voce diſerta
Defendis Themidis cum gravitate Theſes,
Conamen præſtans! Jurisprudentia laudat,
Cogitat atque ſuum tollere laude virum,
Unde Tibi celebris venient inſignia fauſta
DOCTORIS, ſtudiis gloria digna Tuis:
Quod ſupereſt; Multis noſtro ut ſis Utilis avo,
Atque decus Patriæ Vota precéſque lito.

M. Nicolaus Eiſenius Eccleſiaſtes Argent.

ALma Themis deſcende polo velocior Euro;
HEINZIADEM Myſtam condecoraque tuum.
Hic dudum normam cognovit Juris ad unguem:
Præmia nunc tanto digna labore petit.
Sit mora nulla, veni: repetas poſt protinus Aſtra:
In terris pro te nam geret ille vices.

Johannes Paulus Cruſius

FINIS.

